N.º 4

Fol. 1.

Alp.e Antonio Medrano

# FERALIA AD TVMVLVM ANTITHESEI,

*ET EST ETIAM MORBVS aliquis per ſapientiam mori.* Plin. li. 7. nat. hiſt. cap. 50.

AVCTORE DOCTORE GASPARE ALVAREZ CALDERA, EXCELLENTISSIMI COMITIS NEBVLENSIS, OLIM MEDICO, NVNC CARMONENSI.

*SVB FOELICI AVSPICIO NOBILiſsimi D. Doctoris Franciſci de Figueroa, Hiſpalenſis Archiatri, ac Sanctiſsimæ Inquiſitionis Medici.*

LAS muchas ocupaciones mias, y ſin ellas los achaques de mi corta ſalud, no han dado lugar a que mas preſto aya viſto eſte tratado que V.m. me ha remitido ſobre el lugar de Plinio en el lib. 7. cap. 50. *Atque etiam morbus eſt aliquis per ſapientiam mori.* Acuerdome que aurá treynta años que eſte miſmo lugar diò que entender a muchos hombres Doctos, y vi entonces varias interpretaciones, no ſolo de Seuillanos, ſino de Alcalà de Henares, y Salamanca. Veo aora el parecer de V.m. con tan ſolidos fundamentos, y de camino tanta erudicion, que ſin hazer agrauio a los demas, me parece delo mejor que he viſto, y ſolo me peſa que eſto no ſe logre en algun tratado grande para que todos le gozen. Tal es mi parecer. V.m. podrá darlo a la eſtampa (en el interin que no determina otra coſa) muy ſeguro de que a los amadores de buenas letras parecerà muy biẽ. Guarde Dios a V.m. Seuilla, y Abril 11. de 1635. años.

*El L. Rodrigo Caro.*

HE leydo con grandiſsimo guſto, y atencion todo ſu papel de V.m. y cierto que eſtà lleno de mucha erudicion, y bien trabajado, y el aſſumpto bien decidido, al fin ſeñor, como hijo de ſu ingenio de V.m. de quien eſpero ver coſas mucho mayores, que importen muy grandemente al prouecho comun, que de vn buen ingenio, y amigo de trabajar, razon es eſperar muy luzidos trabajos. Nueſtro Señor guarde a V.m. y le dè ſalud para que los haga, y a mi me dexe ſeruir la merced que V.m. me ha hecho, que eſtimo la que en eſta ocaſion he recebido. Fecha en Seuilla, 16. de Abril, 1635. años.

*El Doctor Luys Perez Ramirez.*

SVB

# SVB FOELICI AVSPICIO
## D. Doctoris Franciſci de Figueroa Medici Hiſpalenſis.

AN ductu meo, an tuis fœlicibus auſpicijs res geſta
ſit adhuc dubito: ſed non quod ad te mea leni ri-
vo ferantur, vel magnetis ritu illecta de illectio
ne concertante cum humanitate ſapientia, hæc ſuperat,
quando illa vincit: trahit hæc purpuram; illa gloriam;
nec iſta vt indigna reſpuit, quando illa meretur, cum ſchi
ne ad Socratis exemplum, vel Cæſaris cum Polluce, Auguſ
ti cum Vitruuio, nec Antonius humilem Oppiani de piſ-
cibus tractatum, nec Diophanis agriculturam Deiotarus
Rex deſpexit: nam ſolem æmulatur auctoritas. Sed hæc
magna maioribus fatis imples: quando enim te negotijs
onerat ciuitas, tu retributione ſuperior honoras ciuitatē:
ad cumulum laureas addidiſti: vt hic ergo veriſsimæ triũ
phus gloriæ, per poſteritatis ſeriē in offenſos agat curſus,
ineundum eſt cum literis fœdus, quo, & illis præſens fa-
veas, & tibi illi aliquando abſenti, æternum paremq; vir
tutibus tuis locum intér Heroës conſtituant. Et vtinam
paruulus iſte noſter Muſarum cantus, te reddat poſteri-
tati fœlicem, neq; enim aliam Alexander, nec Cæſar ſpera
uerunt triumphis ſuis ſortem, quam quæ ex eruditorum
fauore contigiſſet: præuenimus modeſtia certamen, vt qui
virtutem non amabant, tuæ ſaltem fœlicitati fiant He-
liotropium.

# LECTORI.

LIVORIS Hydriam ledæ filius ferro repullulantem, ſed igne funditus abſumptam labori litauit immortali: ſed talis eſt aliquando necroſis, vt neq; in igne remedium ad inueniat: hanc fere deſparatam ſummæ deſperationi relegauit natura, & ſummæ temeritati Celſus. Tu autem benigne lector, cui nam inſulæ, videris? Has enim commentarios, & Theſei labores ſcripſi, non excripſi, & meo remigio (vt dixit Lipſius) rem geſſi vetorum multa percurri, noua dedi, neutrum ambitioſe, ne faſcinato contagio videar laborare; tot enim homines peſtilens liuor exhauſit, vt vix plura gladiatorum pari a olim Romanorum arena conſpexerit: nõ affectatim, ſed ea quæ ſub manum venerunt admiſcui: vt flores, qui in ſegete vel ſponte naſcuntur: illuſtriſſimos viros ſerentes, in hac ſegete fati fœlicitas videre non permiſſit: in aliena aliquando facem prætuli; ſed non niſi cum opus hæc candidis ſcripſi, nec de tortis variiſq; iudicijs, quibus veritas nec lucet ad meridiem. Si ſtyli ſuauitas pertinet ad decôrem, quid faciam? Ita geniũ natura mea, & iudicium eſt; ac ſi magis tibi protrita ſapiunt, & vulgata, abi mi homo, non ego cymbalum ad aures tuas. Si hæc enim noſtra, aliena videntur, auctorem acclames ſaltem, ſin aliter, taceas: quoniam nos iam tertiò certamen experimur; tertio in arenam deſcendimus: & tertió vltro veritatem tot fatis lacerandam, exponimus, inaſueti candoris in exemplum: tertio ſigna, & Aquilas circumferimus, nunc fortaſe dulcius concinent Muſæ, altiſſimâ literarum in ſcena, vt videamur fortunam ſuperaſſe?

STA-

# STATIO I.

## *Quos profana vicit ambitio, hos crudelis lacerat æmulatio.*

NONDVM ſub Leone Phaetontis ſoro-
res, fratris infœlicem, funebri luctu, ſub
pyra girantis, obitum fleuerant præma-
turum; cum nos liuores, ſi non libentis
animi aggreditur tempeſtas: ſed nedum
Hyades ſub ſcorpione, y fratris obitum
plorant, cum ſub alieno gladio vltio liuorem
nec vincit, qui ſemper adornat machinas, excipit:
nat iuſtitia: neu pietatem deſſeras, ſed quẽ ador-
ſed proh dolor! Omnia trãſeunt in ſchenã; ne te fides incuſſet,
q; ſuo concitatur œſtro ob medicinæ nã vnuſquiſ-
meliam; nec pudet virtutes in clientellam mutuam contu-
mittere: vitia enim non ideo in vſum vitiorum ad-
dixit moralis ſapientiæ Præceptor, recipienda ſunt,
quid boni effecerint; *nam & febres quædam* quia aliquando ali-
*nis leuant, neq; ideò non ex toto, illis genera valetudi-* *Senec. li.*
*dum enim genus remedij eſt ſanitatem caruiſſe melius eſt; abominan* *1. de ira.*
venenum, & naufragium, inopinatò *debere morbo:* aliquando
rectum ab errore eſt imitandum: profuit; nec ideo
larvam decuit tenuiſſe, ſed modeſtia nec ſolum ſermonis
dare, tali fide, vt plauſum concinne, ſermonem commẽ
vt in eoſdem cum illo affectus & leniter mereatur,
mè ſemper delectat cultiſsima ſecum trahat. Hoc maxi-
bi in hoc ludo, quod in poëſi amænitas ingenij: hoc ti-
poëſeos genium ſoleat, vt contingit, quippe tale eſſe
ret extra verum; eò quidem ad aurium voluptatem exſe-
ſibi non credi, licentius, quod cum credat,
quidquid fingit innocentis potius ludi,

quam

quam in verecundi mendacij rês eſt. Præterea videtur
ſæculum ita ferre, vt omnes ferè hæc larva illuſſerit, an
potius dicamus fatum? Quod ad tempora naſcitur. O
quanto minus eſt, ſuo quemq; quam alieno iudicio eſſe
fœlicem! A te ipſo tuo de nomine proſcripto doleo, quo
ipſo famam proſcripſeris: virtus fuiſſet animum à ſcele-
re cohibere, potius, quã fœliciter peccare; poſtea enim
latronum eſt pœnitentia: ſicut in bellicis tormentis irre-
parabilis, quibus poſtea inermis adhuc puer incedit. Si
ergo me perdere invidioſiſsima delatione ſubſtinuiſti,
quid dicam tibi? Laudo te, in hoc non laudo: quæ mora?
quivè Dij ex noſtris mentibus tantæ culpæ memoriam
eripiunt? Sed ſaxum delineat ſupplicium amentiæ ig-
noſcimus, me enim herclès, furioſo, non niſi furioſus reſ
pondet: è re tamen tua te facturum puto, ſi rurſus ſcri-
bere ſtatuas, vt donec inſanire deſieris expectes: pruden
tis quoniam (vt dixit Plato) duntaxat officium eſt, quæ
*Dial. Thimæ. libr. de nat.* à fatidico, furentiq; ingenio dormiendo, aut vigilando
pronunciata ſunt, intelligere, vt quæ bona, quæ mala ex
planet: illius tamen, qui manſit, manetq; adhuc in furore
non eſt officium, quæ viderit, aut protulerit indicare. In
te aliquando, filijſq; collati beneficij, bené memini, & ſi
beneficiorum benedixerim: & candidæ liberalitatis eſt,
pro tempore libratis, aut beneficijs vti, aut reminiſci:
*Lib. 4. Analiũ.* ſed ita natura comparatum eſt, dixit Seneca, vt altius in
iuriæ, quam merita deſcendant: & Tacitus: proclivius
eſt iniuriæ, quam beneficio vicem exſoluere, quia gra-
tia oneri, vltio in quæſtu habetur: & cauſam mirificè
reddit Dioncaſsius: quia humilitatem redolet beneficiũ
accipere; atq; iſtud quidam, quod dedignantur videri
*Lib. 46. hiſtoria.* beneficio affecti tanquam minores: in hoc enim conſue-
tudo obtinuit, vt poſt multa beneficia, plus ponderet le-
ue peccatum, quã omnia illa. Quam belle dixit Plautus,

*Si quid benefeceris, levior pluma eſt gratis:*
*Si quid peccatum eſt plumbeas iras gerunt.*

Sed

*Sed nec ſemper inultus curſum peragit, nam*
*Puluere, qui lædit ſcribit, ſed marmore læſus.*

Nec omne, quod licet decet; vnde vltimum conſulit Tulius pro Balbo, & pro Rabirio; & Claudianus Poeta Honorio conſuluit.

*Nec tibi quod liceat, ſed quid feciſſe decebit*
*Occurrat; mentemq́, domet reſpectus honeſti.*

Genium, quem aliquando laudaſti, nunc vituperas cothurno verſatilior, & magis, vt dixit Plinius, chamæleonte verſicolor: recte omnes ſapientes, excepto Pannenide, dixerunt omnia ſemper tranſmutari, & à ſapientibus aliud Pythaci dictum celebratur, bonum manere difficile eſt; ſed proh dolor! Fœlix olim ſub Mercurio nata, nunc retrograda ſub ſcorpione naſcitur medicina: forſan quia nunc fœlix, ſub ſcorpione naſcitur æmulatio. Sed iterum proh dolor! Inuidis morte vita prior; quoniam vt areneæ ſeſe euiſcerãdo moriuntur; & fame tabeſcunt inuidi, in ſe hoſtiliter pugnantes, nullibi enim feriatur inuidia, nec noctu perfuncta ſomno, nec ſubdiu quieſcit: imo ſeruos vt venalia tractat mancipia; vt feris reddantur feriores, ſat enim pœnæ tulit inuidus, qui in inuidioſi exaltatione pœnas luit. *Inuidia ſuorum carnifex*, dixit Chriſologus, ſemper extitit; *extendit ſenſus, torquet animos, diſcruciat mentes, corda corrumpit*; hanc qui receperit, ſua ſuſtinet ſine fine ſupplicia, quia in ſe domeſticum ſemper diligit habere tortorem: vnam tamen requiem mali ſpectat, ſi quando cui inuideat, ruentem aſpiciat, ac inde Poeta tragicus.

*Lib. 28. c. 8: Diatheatetijs vel de deſecient.*

*Sermon. 172.*

*Pèlopis domus ruat, vel in me,*
*Dummodo in fratrem ruat.*

Famam populo immolari cæpiſti tyriorum exemplo, in certum implorans æſtimationis auxilium: puerum Tyrij immolare cæperunt (nefanda piaculi cõſuetudo) & á Tyrijs orta crudelitate moris nefãdi in Africa Cartaginenſibus ſuis colonibus tradiderunt: externamq́; &

bar-

barbaram deuotionem in Deos territi, nec minus terribiles plerięq; vſurparunt, quia miſeri, aut anxij mortales terribilia, & incognita remedia arcanam vim habere exiſtimabant, fœdæ ſevitiæ auxilium implorantes, & ſeuiores numinis, quod tam turpiter placari amat, cum deceptæ mortalitatis infamia. Crudele ſacrificium in taurica regione obſeruatum, pro Diana placanda, ex cerui morte, quam fecit Agamemnõ in Acaicis, refert Pauſanias, quod ſane crimen Iphigenia filia immolata expiauit: ab his praua conſuetudo Romanis dimanauit in Aricia, quos poſtea crudelitas deterruit, vt Vincentius in Dianæ imaginibus refert, non enim pueri *ſanguine, aut immolata fama, eſt .. fatis comparãda victoria.* Dijs ſacrum hoc fero ſi tam turpem hoſtiam forte accipiunt: non enim celauerint præteritæ vitæ probra, inter furentis voces: ira iuſta addit vires, quando horret memoria ad criminis flagitium: ſed ipſa tua oratio diſſuadet; parvo enim momento deflecti, aut intendi negotia poſſunt, & ex ſupercilio, aut remiſsione dicentis, ſubitam efformamus, & maxime efficacem, in mentibus imaginem, rerum, quas primum audimus, oratio enim valde intendit, aut inflectit animos: cum apud fœliciter dicentes Rhetorica ſit artis incantandi particula, vt dixit Plato: Non eſt ſapientis, nec phyloſophi admiratio, rei præſertim illius, quam ſe mirator aprimè calere gloriatur: profanum certe eſt illa, quæ nos neſcimus, alium nec poſſe teneri, indicare: *Contemplare iam* [dixit Plato] *& diligenter caue, nequis profanus hæc audiat: profani vero ſunt, qui nihil aliud eſſe putant, quam quod pugno tenere poſsint, qui ſunt à Muſis admodum alieni beatum profecto* [dixit alibi] *hominum genus eſſet, ſi quiſpiam poſſet omnia ſcire ſaltem, vt à contradictionibus ſophiſtarum libere vaderet;* reliquit pater filijs duobus vineam, Theſaurum in ea inuenietis, inquit; laudabili vterq; concitatus auaritia, mutuo, nec inuidioſo certamine, ad vltima vineæ elementa terram euolvit, & in labore Theſaurum adinuenit,

*Fol.* 68.

*Dial. theætetus, l. de ſcientia. Dial. ſophiſta, l. de ente.*

nit, nam ipſa labori grata, Theſauro æquales rependit
fructus. Scientia eſt vinea in proſecutione Theſauri la-
boramus, laboret vnuſquiſq; & conſideret, quod in ſta-
dio omnes quidem currient, ſed vnus accipit brabium;
ſic currite, vt comprehendatis (dixit Apoſtolus) nec au-
rea Athalantis poma vos detineant: orbem, qui mappa
rimatur, breuem iudicat; ambula & circumvolutos ſinus,
mariaq́; perluſtra, & me Herculés finem, nec poſt longos
an fractus horrida pariet admiratio, quæ rabies, quæ in-
dignatio, quivè ingratus furor te corripuit ad Theſeũ,
ſeu ad Meduſam aſpiſceres? Immotus aſtitiſti, ſtupens,
fremens, perculſus, & attonitus: errori ignoſco, non glo-
riæ; dicas ad libitum; nos enim ſuper liuorem pedem fi-
ximus; velit nolit inuidia. Multa aliena, ſed noſtra ſuo iu-
re ambulant in cothurnis, vt Lipſius in Thebaida dixit,
*ægrotanti omnia amara videntur, quæ guſtat, bene valenti contra*
*ria ſunt atq́; videntur*, dixit Plato, *animi par um liberi dixit Cri* *Dial.*
*nitus, & in ſinceri eſſe inuidiæ magis, quam doctrinæ concedere.* *theæte-*
Potius obſtinato ſilentio te multum tacere expediret, *tus, l. de*
quam animum ingratæ immerentis contumeliæ, contra *ſcient.*
fidelitatis iura applicare; pleraq́; enim tempore mulcen-
tur, & odia, quæ tempore fouentur profeſſa ſæpiſsimè
expirant: quæ ergo contumelia eſt, quæ te laceſsit? Vi-
uidus ſcribentium vigor non extra literarum certamen,
ſaluo pudore progreditur; literæ enim non odio, non iur
gis, non ſimultationi, non infidelitati deſtinantur, nec in
cæca, & ex tranſverſo pericula: teq́; per Deos Lares ob-
teſtor, vt quid ame mali acceperis, in medium producas,
an ſit ſat odij, ambitioſa materies: nonnè iniuſte laceſsiſ-
ti furias? Haud immerito obiurgator accipiet? Si contra
fas gentium, fas, rectumq́; mortalium, violatum duxit:
caue igitur ne quod famæ furijs libaueris: In fœliciter
enim tecum actum puto, ſi genium aliò, quam in verita-
tem auertas: nec aliud permittat fatorum fœlicitas; quo
niam eſt ſuper medicinam iſte morbus. Odijs Penates

Deos confundere, nec ſanguinem, funeſto ambitionis impetu, miſcère, pudor impedit, & pietas redarguit. Fœlicitatis cupiditas, non faſtum, ſed ingenij liberalitatem exoptat; alijs humilitatem, curas alteri, omnibus laborem, proſcripſit alta vanitas; & ambitio per confragra ducit obnoxios, &

*Sæuit cura ferox, pulſo non abditus ore,*
*Ipſe ſua inſanus furit in præcordia liuor.*

Forſitam mei tua incauta æſtimatio auaritiæ tuæ irritandæ inſidias inſtruxit; ſicut inuidioſi metali parum tuta ſeruatio, quod multos ſuo pretio inuitat ad opulenti facinoris audaciam: tu non eſt ſicut cæteri homines raptores, iniuſti, &c. Ego vermis & non homo: attende finem, peccatorem publicanum ſua commendauit humilitas, & ſua opinione fœlicem Phariſæum, ſacrilega damnauit elatio. Non tuam ſuperbiam aliarum ambitus accendit; quimpotius tua ambitio: ſicut contentionem ad opes cæterorum auiditas: nam plures exemplo, quam ingenio peccant, infœlici contagio. Ergo triſti diſcrimine laſcerandam, ſub inſania fortunæ, quinimo infortunij arbitrio expoſuiſti famam, & forſan vtriuſq; naufragio: quæ Scylla, quæ Charybdis, tam ſibi, quam alijs fatalis extitit? Dura ſicut infernus æmulatio: ferales, poſt odia, & omnibus ominoſa gentibus, tot cruore funebres, tibi paraſti tumulos: libertati habenas relaxaſti; te decæpit libertas: fatis ceſsit induſtria: ruat cum aggeribus ambitio.

Theſei, & Antitheſei ſcripta, an vera, & an noſtra, non eſt opus anxia eloquentia commendare; hæc enim percincto iure ſe commendant, & magnetis ritu, in genua non faſcinata alliciunt ingenia. Et nobis ceſsit fœliciſsimæ temeritas par conſilium, par fama, nec impar fortuna tulit; licet tui ingenij parum fida deſignia, vbiq; experiar, ſed penè triſtiora fuere apud nos pace, quam bello diſcrimina; cum ſupra humanæ cupiditatis morem,

res

res plauſu tumentes ambires, inferens vim fortunæ, quę te maioribus deſſeruit. Omittimus exẽpla, vtpote, quæ iſtam veritatem acclamant rumore tacito, tunc ſpes dubia, vt Africana fides: inde meo, heu! Malo libenter tibi, an ſat iuſtè ſiderem, par fama, impar fortuna tulit: & vt ex tempore diſcederem fœlicisſimæ temeritatis concilium: quæ quantæ molis res fuerit, adhuc animis revolvo, cum me totis devolutum, per Principis confragra, ſi non opera (quia tibi non datum) animo affectaſti. Etſi dicas, quis te Deus in me animi ſecreta perduxit, adhuc facta experior, quando tu marceſcentis auxilij victoriam ex inſolenti iactantia captauiſti. Ego autem virtutis plurima ſemper amaui, ſed præcipue fidem, & pleriſq; virorum ignotam, modeſtiam. An hæc eloquar neſcio; nam Deo ſapientiæ litauit eloquentia; & accepto furore extra ſe loquebatur. Pugnaui non ininſtus ſpolijs animoſus hoſtilibus circumferens iam clypeum, ſimul ferum, ſemper omnia ſimul, gynæceis adornatus conatibus: quei inuectiua tua cedit infabulam; & apologia in ſcenam: & emmendatio iſta abſurdior eſt, quam quod emmendanam *ridiculi medici eſt*, dixit Plato, *quod cum curare intend morbum adauget.*

# STATIO II.

## *Sapientia ſuprema excipiunt altisſima poeſeos, & afflationum vaticinia.*

*Dial. protbag. ſeu ſophiſte.*

SENECTVS implacabiles iuuentutis ardores, ac effręnes animi pationes, vel ſola experientia cõtemperat: lenitate demulcet, ac vltima lenit deferueſcentia: contraria etenim ad animi perturbationẽ, hominem ducunt, ſi ſapientem excipias, dixit Plato; *nam voluptas eſca maxima mali, dolor fuga, impedimentumq́ bonorũ, audacia, & metus conſultatores amentes, iracundia implacabilis, ſpes blanda, cum irrationali ſenſu*: hæc omnia ſapientem vel

*Dial. 1. de legibus, & dialog. thimaus*

 timent.

timent, vel venerantur, productio enim rationalis iudicij aucta eſt, vtpote quæ trahit ad ſacra; vitij autem eſt dura, & ferrea, vniformis illa, & multiformis iſta; verborum potius temperantia, actionum modeſtia, ac vitæ ſceneſcentis exemplo, nos adiuuare, ætas, & artis profeſſio poſtulabat: quantum enim oporteat in repub. bonorũ hominum conſuetudo, vitę probitas, & exemplum, ſit nobis exemplar Socrates, qui Phędonem á lupanaris infamia liberauit, ab eaq; calamitate redemit, fecitq; ſapientem: Platonem poëſi deditum coëgit tragedias igni tradere, & ſtudia prętioſiora capeſſere: Xenophontem á vulgari luxu, ad ſapientiam ſobrietatemq; traduxit: ſchinem, & Ariſtippum, ex pauperibus diuites; Phędrum, ex oratore Philoſophum, Alcybiadem ex ignorante doctiſſimum reddidit: Carmidem grauem fecit, ac verecundum: Theagem fortem iuſtumq; in rep. ciuem, Euthydemum, & Menomnem à Sophiſtarum captiunculis, ad veram traſtulit ſapientiam: quo factum eſt, vt non ſolũ iucunda, quam vtilis fuerit Socratis conſuetudo.

*Ficinus in conuiuio Platonis, l. de amore.*

O quam plures notos fecit dementia, cum illos, quaſi œſtro percuiſos à mente ſua rapit: quod ſi in aliquem potiſsimum effectum iſti homines cæperint inclinare hanc aſsiduè habebunt in animo, hanc præſentem mentis oculis dulci ſtudio alent; ſeu ille ſuperbia erit, ſeu liuor alienę fortunæ, aut quidquid aliud turbidæ cupiditates obijciunt: ne iam illæ indomito & aſſucto animo imagines, remut optabilem, ſed vt veram, & præſentem figurent: hæc ſi occurrant implent tanquam turbine laceſsita ingenia; & interdum ſola illius rei contemplatio, quæ in animo fuit nimia, peccat; & ſic humano more vinit: hos hæc iucunda mentis laceſsit cogitatio: etſi quos non iniucundæ mentis ſocios habet; vt pleriſq; mirum ſit, quod haud inſaniam reliqua prudentia; aut hanc illa non perdat: vixq; illi mortalium, hoc genus inſaniæ peperciſſe videtur: cum ſub hoc genere omnes penè delirent;

rent, niſi quod rectius, aut magis ad geniũ vulgi furiunt: eo quoq; lachrymis digniores, quod excutere dementiã nolunt, quando alter non poteſt, quem ſuperbæ fabulæ contumacia illuſerit.

Quid ergo Plinius per ſapiẽtiæ mortem intelligatur, varia prius in phyloſophia oportet delibare, vt agnoſcamus. Quatuor animæ facultates in cerebro celebriores agnouerunt phyloſophi: communẽ ſenſum, qui ſpecies ab externis accipiat, vt ſuperioribus proponat; phantaſiam, quæ agnoſcat propoſitas, ac cęteris obijciat; cogitatricem, quæ circa propoſitas diſcurrat: quę à Græcis vocatur Dianoia, & eſt facultatis operatio, qua animus phantaſmata vel componit, ſi diuiſa; vel diuidit, ſi compoſita; vel eligit, ſi bona, vel refugit, ſi mala; affirmat ſi vera; negat ſi falſa; & omnia vt talia ſemper agnoſcit: atq; ideò iudicatrix appellatur: & memoriam, quæ ab alijs acceptã reſeruet, & retineat in Theſaurum in præſens, ſecundum proprium memorandi actum: & in futurum in ſubſidium reminiſcentiæ, quę eſt actus recordationis rei præteritę ſub ratione talis. Senſum communem, tertio de anima agnouit Ariſtoteles. Tres reliquas facultates, ex delirij ſpeciebus multiplici hiſtoria diſtinxit Galenus imaginatricem, ſeu phantaſiam, vel Theophili medici exemplo, qui cum prudenter ſe gereret, & ad interrogata exacte reſponderet, præſenteſq; agnoſceret, tibicines tamen, cubiculi angulos occupare, & perpetuo tibiam exercere vociferatione ejiciendos exclamabat: qui poſtea morbo functus hæc omnia memoria retinuit, & ordine narrauit, Erraſſe tamen dum tibicines audire, & videre rebatur, phantaſiam, vel omnino conuincitur. Quod in ſe ipſo experitur Galenus, dum per æſtatem cauſone laboraret. Liſſæ cogitatricis, ſeu diſcurſus hiſtoriam, Romæ pueri lanifici exornat hiſtoria, qui à cubili ſurgens venit ad feneſtram, per quã ipſe videri, & alios videre potuit, & vitrea oſtendens vaſa, in ipſa deijciat

*Locius, lib. 1. co ac. com. 1. tex. 6.*

*Cap. 2. lir. de dif. ſympt. ca. 7. & 3. de placitis Hipp. & Plato.*

per-

perquirit, ac illa confeſtim annuentibus proijcit: & accepto puero an er illum proijceret, interrogat; annuerũt etiam prętereuntes, ac ipſum proijcit, quem poſtea lapidibus alliſum exceperunt: puerum & vaſa nouit phreneticus, proprijſq; nominibus appellauit; in proijciendo tamen ea, quę deberent cuſtodiri, omnino aberrauit, vt diſcurſus actio, vel penitus lęſa compareat. Memoriæ vel omnino delete, ſuperſtite cogitatrice, & phantaſia, exemplum tulit Thucydides, vel illorum exemplo, qui à ſęua peſtilentia euaſerunt, qui poſtea neq; ſe ipſos, neq; ſuos nouerunt: quod extremè ſenibus etiam accidiſſe Galenus obſeruat.

*4. de locis cict.*

*1. de diſ. ſimpt. & 2. de cauſis ſimpt. vltimo.*

Quatuor ex fontibus, dixit Duretus, ſigna ſuperuenientium deliriorum capiuntur, primo in nugarum garrulitate, & verbis obſcęnis, & ſilentio, ſecundo in diſsimilitudine morum, tertio in ſenſus quiete, aut irritatione ſenſuũ irritatorũ, actionumq; quieſcentium, in ſumma neceſsitate; quarto in collocatione corporis in decora: omnium infra exempla dabimus, cum Plinij ſententiam explicemus.

*in, coacar. tex. 50.*

Cui autem ex iſtis facultatibus ſapientię morbus paret inſidias, vel ipſa rei natura dicit; eſt enim ſapientia ſuperior cogitatricis actio, qua verſatur diſcurſus in obſeruantiſsima vigilantia, tunc maxime cum in cerebro moderata ſiccitas humiditate temperata, cerebri diaphana ſubſtantia, haud vllius imaginibus confuſa, puritas ſpiritibus, nulla animę ecſtaſis, vel diſtractio adfuerit, tunc enim ad ſapientiam diſponit cogitatio. Quare Ægyptij in ſapientię ſolertiam, pro Mercurij ſimulacro gallũ ſubſtituunt, vt ſapiẽtũ ſolertiã deſignarent, vt Vincentius in ſuis imaginibus refert: *quibus turpe eſt, inquit, totam noctem ſtertere*; nam Mercurius cum pro ratione, ac diuino illo lumine capiatur, quod nos ad rerum cognitionem ducit, non diu, nos in ſomno ſepultos deliteſcere permittet, ſed animi ac corporis viribus modico ſomno

*Lib. de imag. deor. imag. Mercurij fol. 200.*

recreatis,

recreatis, nos ad diuinę ſapientiæ opera excitabit, neq; tamen inſomnes ducere noctes nos vellet, nam homines cum in perpetua corporis, ac mentis agitatione perſiſtere nequeant breui quiete, quam ſomnus affert, indigẽt, ideò enim Pauſanias in Corinthiacis ſcribit de quadam ara vbi Muſis, ac ſomno ſimul res ſacra fiebat, tanquam ſe mutuo manus darent: quin etiam altio a ſuper ipſum naturę ordinẽ peculiari animę illuſtratione aſſequitur, ſi diuinum ſpiritus ęmulentur ſplendorem, & cerebrum clariori ſiccitate condonctur, à ſymbolica & multiplici humoris melancholici actione; vnde poſſe melãcholicos alieno loqui idiomate plerią; retulerunt: neq; ignobilis eſt foreſti hiſtoria de muliere, quæ hymnos canebat rythmo, quos non didiſcerat. Hoc naturę miraculum phiſica illuſtrat ratio, quoniam humor hic ętereus eſt, ita vt ex eo ſcaturiens ſpiritus, cum ſupernis lationibus neceſsitudinem quandam trahat, vt ab illis aliquid cœleſtè ſimile mutuetur, quo aliquid ſupra hominis captum inueniat, & aſſequatur. Ob hoc fortaſſe Phęnices Muſas literas inveniſſe ferunt, ac inter has medium Apollinẽ verſari, ab hiſą; artes liberales dimanaſſe, vt alia ex alia per ſeriem ſequatur, earum inuentrices Muſas mutuo inter ſe manibus iunctas in orbem choreas ducere effinxerunt, Apolline chorago exiſtente, qui ſolis lumen adumbrat, quod hominis mentem colluſtrat, vt ſapientię ſacris initiari valeat. Apollinem etiam Ægyptij hieroglyphicis literis deſcribere volentes ſeptrum effingebant, eius in vertice oculos imponentes, hoc innentes, ſe cuncta vniuerſi ſapientię acumine perluſtrare: nec etiam hoc Homerus non ſenſit; ſcribit enim ſolem, hoc eſt, intellectus acumen altius natura penetrare.

*10. obſerv. 19 in ſcelio.*

*Vincen. libr. de imag. deor. imag. Mer. fol. 229.*

Proteum ob hoc etiam varias mutare figuras ſcribit Diodorus, & illum in regnum ab Ægyptijs adſcitum, tanquam qui omnes ſapientiâ antecelleret: nec tamen ob hoc ſolum, ſed quod ex marinis Deis ventura naturali

lumine

lumine prædicebat, vt in Corinthiacis Pauſanias ſcripſit. Herculem plus diuina ſapientiâ polluiſſe, quam viribus credidit Lucianus, illius Gallica fidem facit imago: ac in Arcadia templum commune cum Mercurio eloquentiæ Deo habuiſſe fertur: Athenienſes etiam in academia non ſolum Muſis, Mineruæ, & Mercurio, verum & Herculi imaginem dicarunt, quod putarent huius quoq; numen adeſſe, ijs qui ibi exercerentur. Pauſanias, quoq; ſcribit Græcos, atq; Barbaros credidiſſe Mercurium, & Herculem gymnaſijs præeſſe, vt quod non eloquentia ſapientiæ lumine aſſequeretur. Et apud Lacedemones etiàm vetuſtum erat in Dromo Herculis ſimulacrum: Claudianus etiam in Gigantomachia, alijq; nonnulli Mineruam bellatricem armatam expreſſerunt cum galea inaurata: nam ſapiens non ſolum obſtat, ſed totus operibus ſplendet, quæ aſsiduè ſolertia molitur; aurea enim galea diuinum innuit ſplendorem, qui humanam mentem ſuo fulgore ſupra naturam colluſtrat. Hinc etiam illud oritur, Mineruam ex capite Iouis emerſiſſe cuius reî ſimulacrum in arce Athenarũ viſebatur, vt retulit in Achaicis Pauſanias; hoc etiam fortaſſe innuens, quod ſapientiæ ſplendor diuinum æmuletur ſplẽdorem. Ac inde Prometheus Pegaſi ope fretus cœlum conſcendiſſe fertur; indeq; ignem in terras adſportaſſe, quo tot artes mortalibus oſtenderet: quod etiam Mineruæ tribuitur, quæ ignis miniſterio varias artes exercuit, ac ideo Vulcani, & Mineruæ effigies in eodem templo repoſitas in Atlantico, dixit Plato, ac ambos Deos Athenarum vrbi præeſſe vbi non ſolum literarum ſtudia, ſed cætera etiam artes floruerunt. Mineruam & Neptunũ, Iouem Athenis præfeciſſe fama erat. Conſtat etiã quod Athenienſes in nummis ex vna parte Mineruæ caput, & ex altera tridentém Neptuni inſignem imprimebant, hûc alludentes, vt vrbem in pace, & diuina ſapientia gubernarent, ac in vrbium, & domorum portis Mineruę

effigiem

effigiem exprimere conſuetudo extitit.

# STATIO III.

## *Vires an excedat naturæ, vaticinium?*

INTER antiquitatis emeritos Arethæus, Alexander, & Raſis melancholicos futura prædixiſſe varijs ferunt in locis, quæ poſtea euenerunt: ex illiteratis, alios litteratos euaſiſſe, fo-
reſti alia ruſtici pueri probat hiſtoria, altera Gainerij de *Citato loco.*
alio, qui plenilunio carmina collimata componeret non
tamen illo tranſacto; quod etiam de alio refert Gentilis: *3. Proble. q. 1.*
alium refert Ariſtot. ex melancholico poëtam euaſiſſe
hoc Heracliti nobile illuſtrat dictum, *ſplendor aridus, ani-* *Ariſto. ſect. 30.*
*mus ſapientiſsimus.* Quorum omnium cum redderet ra-
tionem clariſsimum philoſophiæ lumẽ, *clari homines ideo* *proble. quæſt. 1.*
*fuere melancholici*, dixit, *quia multiformes, & varij effectus in hoc humore reperiuntur.* Quo encomio vino aſsimilatur, qui ſimiles paſsiones concitat ſicut melancholia, in melancholico, in bilioſo maniam, in ſanguineo riſum, & tripudium; ignauiam, & ſomnum, ſi fatui abundant ſucci:
hinc ebrius repente moritur, ſi repente obmuteſcit, niſi *Quinto Apho. 5.*
febris aduenit. In melancholia dixit Olerius, qualitas
quædam contrahitur ineffabilis, quæ miris ſpectris ani- *Com. ad*
mum perturbat, ſiue ea in cerebri ſubſtantia imbibatur, *li. 1. cõ*
ſeu in venas repat, ſeu fumos emittat, & vapores, qui ve- *car. tex.*
lut tenebris offuſis animum terreant. Sic pariter ex me- *4.*
lancholicis, qui frigida abundant melancholia ſtolidi, & *4. epide.*
ignaui redduntur, vt Attici ſeruus, quem factuum red- *tex. 17.*
didit melancholicus ſuccus; qui multa, & calida perciti, & amaſij, quod lucidi & puriores ſpiritus nobiliores edant actiones, ac inde dixit Ariſtoteles *Sibyllæ, & Bacchi efficiuntur, & diuino ſpiraculo, ne dicam furore, inſtigari creduntur.* Marcus etiam ciuis Syracuſanus Poëta diuiniora

 com-

componebat carmina,dum mẽte alienaretur: quod fortaſſè accepit à Platone, qui taliter hoc ſentire exornat: *Muſa divino inſtinctu concitat, ſicut Heraclea anulos, ita vt miram concatenationem faciat: & Poëtæ conciti alios furoré corripiunt; omnes itaq; carminum Poëtæ inſignes, non arte, ſed diuino afflatu omnia iſta præclara poëmata canunt, vt Corybantes, non ſana mente ſaltant. Res enim levis volatilis, atq; ſacra Poëta eſt* [dixit Plato) *neq; poëtica prius canere poteſt, quam Dei plenus, & extra ſe poſitus, & à mente alienus. Vnde Poëtæ nihil aliud ſunt, quã Deorum interpretes, dum ſunt furore correpti, & ſicut Proteus varius reſultans, ſurſum, deorſumq; vertuntur.*

*Dial. 10 vel de furore poëtico.*

Sed quibus ille calor remiſſam & æthercam reddit ſiccitatem, hi prorſus ſunt melancholici; ſed longe prudentiores dixit Ariſtoteles. Ex quo interdum fieri diuinatores: non dubito; quod etiam, nec dubitauit Plato, Tullius, nec Paulus & recepit Duretus: hoc tamen fit ab ſpiritibus antecedentibus in puriſsima, & diaphana cerebri ſubſtantia ab omni humana perturbatione abſtracta; & dum effectus in cauſa continetur: Vnde propè mortem, & in ſomno, vt minus diſtracta anima fortius operatur, & diuiniora cognoſcit: & licèt Iamblichus omne vaticinium, & diuinationem ſuper omnem naturæ ordinem eſſe confirmatur; nihilominus tamen in ſomno, dormientibus adhuc, nec plenè vigilantibus futura præcognoſci animadvertit: hoc nempe ait accidere, aut á cogitationibus, quæ ab animo proficiſcuntur, vel à noſtris conſilijs, & rationibus promouentur, vel à phantaſijs, quæ quibuſdam diuinis curis excitantur: quæ interdum continent veritatem; ac falſa interdum deprehenduntur. Anima dicit Iacocius mouetur per ſpecies antea reſeruatas, aut diuinitus oblatas, aut à corporis affectionibus impreſſas: Vnde tria ſomniorum genera oriũtur, diuinum ſcilicet, aut à diuino negotio, aut à propria corporis affectione proficiſcitur, quæ humorem prædominantem notat: Vnde & melancholiam vaticinia quædam

*Dialo. ibi. l. de nat. l. 1. de diuina. cap. de melãcolia, li. 2. coacar, cap. 24. tex. 1.*

*Lib. de miſter. AEgypt. ſec. 3. c. 1. & 3.*

*Com. 2. ad coac. libr. 2. text. 4.*

quædam monerè clarè docet; quare diuinationem fieri
in ſomno, inquit, ſummis philoſophis nec temerè aſſe- *Com.* 1.
rendum, neq; negandum, temerè videtur: conſtat enim *libr.* 3.
multa diuinitus inſpirari, dixit Olerius. Quod etiã præ- *tex.* 13.
ceptor in lib. de inſomnijs clarè fatetur; & Galenus etiã *Com.* 2.
ſe inſomnijs admonitum in templo Epidauri de ſangui- *ad lib.* 3.
nis miſsione inter pollicem, & indicem teſtatur. Ad hæc *Coacar.*
omnia: poſſe acui ingenium per melancholiam, omnem *tex.* 17.
ponderationem, & communem credulitatem ſuperat: li-
cet mutatio interdum fiat ad morboſum ſtatum, vt in
becticis, qui acutius audiunt; & ſenibus, qui maturius
ſapiunt; & phanaticis, qui interdum aliena loquuntur,
quam illa, quæ didiſcerint: quid ergo mirum poſſe car-
mina componere, & futura prædicere? Ac ex hoc eodẽ
principio fiant melancholici diuinatores abſq; aflatu,
aut diuina inſpiratione; perſpicax enim illis redditur in
genium, puriores lucidi & ætherei ſpiritus, ſiccior tem-
peries, cum perſiſtant in collimando continui: & ſicut
iaculatores, qui ex multis attingunt aliquando, propter
continuas mutationes imaginum, vnde firmant aliquam
in ſpecie, ſed hoc non á potentia procedit diuinatrice
(hæc enim vniuerſalis eſt ad omnia) ſed velut effectus
in cauſa continetur: & hinc grauiſsimi rati ſunt viri,
quod Sibyllæ, aut hoc modo, aut ex dæmone vates perſ-
titerunt.

Nec proinde erit ingratum quot modis hominum
mentibus immittantur vaticinia docere. In ſomnijs im-
mitti vaticinia Porphyrius latè docuit: *abeunte ſomno*
(dixit Iamblicus) *incipientibus nobis euigilare iam audire eſt* *Lib.* 1.
*vocem quandam per tenuem nos admonentem de rebus gerendis,* *ſecment.*
*ſed dum nec planè vigilamus nec ſtertimus prorſus: quandoquidẽ* 3. *cap.*
*ſpiritus non palpabilis minimèq́; corporeus in orbem incumbit ia-* 20.
*centibus circumfuſus: ſpiritum nec cernimus, ſed animaduertione*
*quadam percipimus adorientem nos; abſq; vllo contactu circumfu-*
*ſum admiranda patrat opera, is animum abalienans, & corpus, ab*


*affectibus*

*affectibus aliquando etiam micanti lumine perlucido, & tranquil-*

*Plin. li.* lo. Quorum ſomniorum interpretationem primus nouit
*7. hiſto.* Amphictyon. Alij voces aperte audiunt, & diuina intuẽ
*c. 56. in* tur; quod etiam Plato, Themiſtius, & Aberroes confir-
*Thimeo,* mant; quin etiam & antiquiſsima Ægyptiorum conſue-
*& Dial-* tudo, illi enim ſomnum Deum venerabantur; cui etiam
*phe. l. de* dicauerunt ſtatuas: eum Homerus ac Heſiodus mortis
*natura.* fratrem appellarunt; cuius etiam quædam imago in
Cypſelli arca ſculpta videbatur: erat enim mulier quæ-
piam, quæ in ſiniſtro brachio puerum quempiam dor-
mientem ſuſtinebat; dextera autem nigrum, qui etiam
dormiebat, diſtortoſq; habebat pedes, hic mortem, ille
ſomnum notabat, fœmina illa noctem amborum nutri-
cem, quo inſomno ſepulti homines animam ecſtaſeos ab
omni perturbatione abſtractam, ſeu in vero Dei ſimula-
cro, mira accipere vaticinia veteres voluerunt; ac ideo
alatum ad nos noctu venire, & leniter alloqui, vt leni
ſuauitate Tibullus cecinit.

*Ludite, iam nox iunxit equos, currumq; ſequuntur*
*Matris laſciuo ſydera fulva choro.*
*Poſtq; venit tacitus fulvis circumdatus alis*
*Somnus, & incerto ſomnia nigra pede.*

*l. 1. eleg. 1.*

*Lib. 5. Silvar.* Et Statius etiam inſomnium alloquens ita dixit.

*Nec totas infundere pennas.*
*Luminibus compello meis, hoc turba precatur*
*Letior, extremo me tange cacumine virga.*

*Lib. 10.* Et ideo Silvius.

*Quatit inde ſopores.*
*Devexo capite pennas, oculiſq; quietem*
*Irrorat, tangens lethea tempora virga.*

*Cit. loco.* Ac ideo placidiſsimum Deorum vocat Statius, nam
nihil mortalibus placidius poteſt accidere quiete poſt
labores, eam autem ſomnus affert, itaq; de eo Seneca in
Hercule furente dixit.

*Tuq;*

*Tuq́; ò domitor ſomne malorum,*
*Requies animi pars humanæ melior vitæ,*
*Veris miſcens falſa, futuri*
*Certus; & inde peſsimus auctor.*
*Pater, ô rerum, portus vitæ,*
*Lucis requies, noctiſq́; comes,*
*Qui par Regi, famuloq́; venis*
*Placidus, feſſum leniſq́; foues,*
*Pauidum, lethi, genus, humanum,*
*Cogis longam diſcere mortem.*

Philoſtratus in Amphirai imagine, in cuius antro portam ſomniorum eſſe dictitabant (nam ſi quis illîc dormiſſet, quod ſcire optabat in ſomnis diſcebat) ita ſomnum deſcribit; facie, inquiens, reſoluta videbatur, candidam veſtem habebat ſupra nigram, quaſi diem, & nocctem indicaret, cornu manu habebat (quod & Poëta dicunt) é quo ſomnia ſuperdormientem effundere videbatur, quod ideo effectum eſſe dicunt, quod cornu attenuatum pellucidum ſit, reſq́; prout ſe habent, oſtendat; ac ideo ſomnia, quæ vera ſunt cornea dicuntur; cum vero ſomnus vana denunciat ebur, & elephantis dentem geſtat, nam ipſum vel ad tenuiſsimas laminas diſſectum nunquam pellucidum redditur; quare Virgilius gemi- *Lib. 6.* nas portas finxit, per quas ad nos ſomnia deriuent; alte- *AEnei.* ram corneam, & alteram eburneam, per hanc falſa, per illam vera, in dormientes ſpectra immittuntur, de quo ex Homero Porphyrius diſſertè diſſerit: nec minus ſane Macrobius: *latet (inquit) omne verum: hæc tamen anima cum ab* *Lib. 1.* *officijs corporis ſomno eius paululum libera eſt interdum adſpicit:* *de ſomno Sci-* *nonnumquam tendit aciem, nec tamen peruenit, & cum adſpicit* *pionis.* *tamen non libero, & perfecto lumine videt, ſed interiecto velamine, quod nexus naturæ colligantis obducit: hoc velamen cũ in quiete ad veram uſq́; aciem introſpiciẽtis admittit de cornu creditur, cuius iſta natura eſt, vt tenuatum viſui peruium ſit; cum vero à vero hebetat, ac repellit obtutum, ebur putatur, cuius corpus ita natura*

*tura*

*tura denſatum eſt, vt ad quamvis extremitatem tenuitatis craſſio nullo viſu ad interiora tendente penetretur.* Hoc idem Virgilius de vlmo ſomniorum ſcribit.

Li. 6. AEnei.

*In medio ramos, annoſaq; brachia pandit*
*Vlmus opaca ingens, quam ſedem ſomnia vulgo*
*Vana tenere ferunt; foliiſq; ſub omnibus hærent.*

Vbi Servius, *qui de inſomnijs*, inquit, *ſcripſerunt dicunt*, quo tempore folia de arboribus cadunt vana eſſe ſomnia. Alij dicunt vlmum arborē eſſe ſterilem, ideoq; ſomniorum vanitatem exprimere, quæ à veteribus cæca ſunt appellata, vt refert Suidas, aut quod fallacia ſint, aut quod cum eis loquantur, qui oculos habent clauſos. Virgam ſomnus in manu habere dicitur, qua homines tangens ſoporem inducit: hac ſe tangi orat Statius antecedente poëmate: & Ouidius ſomni ſedes apud Cimmerios vult eſſe: Homerus in Zemno inſula: Arioſtus apud Arabes: ac tandem Ouidius regiam ſomni ſedem ſic deſcribit:

Lib. 11. Metha. amaphorſeos.

*In medio thorus eſt, hebeno ſublimis in antro*
*Plumeus, unicolor, pullo velamine tectus,*
*Quo cubat ipſe Deus, membris languore ſolutis:*
*Hunc circa paſsim varias imitantia formas*
*Somnia vana iacent; totidem quot meſsis ariſtas,*
*Sylua gerit frondes, eiectas littus arenas.*

Deinde geminam animus habet vitam, vnam cum corpore communicantem; abſtractam, & á corpore præciſſam alteram. Primam cum vigilamus, ſecundam in ſomno exercemus, & cum puris rationibus abſtracti in ecſtaſim rapimur. Cum igitur mens ipſa, non niſi quæ ſunt ſpectat; anima vero contineat rationes in ſe omnium, quæ ſiunt iure optimo futura præſentit ſecundum cauſam continentem illa, vt ordinata ſunt in antegredientibus rationibus, cauſis, & principijs: *Fit autem abſolutius vaticinium* [dixit Iamblichus] *quando animus vniverſalibus, unde eſt deciſus coniungit portiones vitæ intellectualis actionis impletur.*

Secmen. 3. ſequenti.

*impletur, namq́; ab vniuerſalibus cauſis, tunc omni ſciẽtia it . quod vt plurimum ſuis cogitationibus attingit , quæ circa mundum generantur. Altero, & ſuperiori modo operatur, cum ſeſe dijs copulauerit per actionem abſtractam , tunc anima veriſsimas vaticinij plenitudines excipit toto hauſtu ſyncerorumq́; præſagium;* Sed ſi animus ſui partem intellectualem, quæ ſacrat, & diuina aſſueuerit , & inſeruerit melioribus , tunc phantaſmata ſua erunt puriora ; vt ſi de Deo forma , quæ incorporea cogitet , & de illis , quæ ſolum ad veritatem pertinent. Quod ſi rationes rerum in generatione verſantium referat ad Deum, vim inde animus aſſumit, atq; ſcientiam colligendum, quæ fuerint olim, & quæ futura impoſterum ſunt, contemplationemq; facit totius temporis, & accidentium in tempore : conſiderat opera , & operum ordinem , & curam , & regulam continentem ſortitur: tunc corpora ipſa ægrota curat , quia ægritudinis cauſam, & actiones agnoſcit: ipſa etiam , quæ erronea ſunt ſe habentia incompoſitè , & ſine ordine apud homines optimè diſponit artium inuenta, vt in Hippocrate principe medicinæ. Sæpenumero, & iuſtitiæ diſtributiones legumq; ſanctiones traddit, vt in ſolene legislatore. Sic in Sculapijphano ſcedabantur morbi diuinis inſomnijs, vt memorat Strabo, Solinus, Pauſanias , & Vincentius. Non ne Alexandri exercitus ſeruatur, omnis nocte funditus periturus , viſo perſomnium Baccho ; & docente quomodo in medicabiles paſsiones ſoluerentur. Deinde Aphutis dum Lyſandro ab rege abſcinderetur miſsis ab Ioue in ſomnijs liberatur, cô ſtatim miſſo exercitu cõſtato , illinc, quo repente obſidio ſoluitur: teſtis eſt Curtius. Setonem Ægypti Regem , & Vulcani ſacerdotem narrat Herodotus, quod in ſomnijs admonuit Vulcanus in expeditione contra Arabes, ne animum deſpenderet: ipſe enim illi ire ſupetias promiſsit , & murium copia omnia amorum, & frænorum coria contriuit, vt Arabes perterriti caſtra deſſererent ; ex quo Vulcani templo,

*De mirabili. mũdi, in corinthia. de imagi. Deorum, fol.* 57.

ſetonis

ſetonis effigies viſebatur manu murem oſtentans, cuius in fimbria hoc epigramma legitur *à me pietas diſcatur, & religio.* Hinc Vulcani effigies cum mure in ſiniſtra manu dicata viſitur, & expreſſit Vincentius.

*Libro de imag. Deorum imag. Miner. fol.* 261.

Alij à Dei ſpiritu ita poſsidentur, vt vates prorſus euadant, non ſuæ mentis amplius, ſed totam habent animã, mentemq́; in Deorum equitantum poteſtate: *Illud maximo ſit argumento* (dixit Iamblicus) *quod admotis ignibus non vruntur, nec obeliſcos perforantes perſentium; imo, & ipſe afflatus diuinum haurit ignem, & ignis vt auriga regit afflatum, ac totum vaticinij opus per ſe ipſum Deus implet abſq; eo quod anima moueatur, nec corpus.* Quod ſi anima antequam incipiat afflatio, aut in principio afflationis, aut inter afflandum, moueatur, vel ſi corpus aliquid interponat diuinam turbat harmoniam, ac falſa tunc eduntur oracula, nec veritatẽ tunc attingit afflatio: imo, vt aiunt, oracula vaticiniorũ ex ore furentium erumpunt diuini furoris impetu ſine aliqua corporea actione. Cuius vaticinij rationem Delphus primus invexit, vt memorat Plinius.

Alios per harmoniam in vaticinium afflari, dixit Porphyrius, certum per melos, vt Corymbantes, & Sebazio captos, cuius afflactionis principium inuexit Amphion. Quomodo autem muſica ſenſus afficiat; perverſis medeatur affectibus: temperaturas, diſpoſitioneſq; tranſformet, noſtro Theſeo iam diximus, & hoc totum naturale eſt:

*Cap. 11. fol. 14.*

*quatenus vero ſoni* (dixit Iamblicus) *& concentus cõſecrantur Dijs, ſua cuiq; propria, & quadantenus cognatio quædam ijs ipſis redditur apposité iuxta proprios ſingularum ordines, & vires, ac motus in ipſo vniuerſo, ac iuxta voces harmonicas ex motu cum impetu reſultantes huiuſmodi melodiarum proprietatibus dijs conuenientium; tunc adſunt numina, nec eſt quidquam, quod prohibeat, quin eorum particeps fiat: & tunc impletur animus meliori naturâ, & vi, quia Deorum inſpiratio à diuina harmonia nõ abeſt: imo anima ab origine cognata familiaris eſt talis harmonia: vtpote qua ante, quam corpus acciperet diuinam hauſit harmoniam ad*

*ad propriam concinnitatem diſpoſitam: ac illam mox oſculatur, & amplectitur.* Hinc memor affectus veteris harmoniæ diuinæ; vnde ad eam ipſam fertur familiariter, & proprie cupitq; eius fieri particeps, vt ſic diuinum accipiat vaticinium.

Quidam hauſtu aquæ afflantur, vt in Colophone ſacerdos Blarij; plerią; ad ora antri conſidentes, vt Sybillæ Delphicæ. Hinc antri Tryphonij fama fuit, nec minus enim Tryphonio, quam Sculapio angues conſecratos antiquitas voluit, eos fortaſſe putantes tanquam oraculi nuncios, quod ex cauerna edebatur, quã antrum Tryphoni dixit; ibi enim Triphonius diu delituit futura prædicens, cui conſulendo tota confluxit regio, à quo varia, & mirabilia accepiſſe vaticinia Pauſanias in Corinthiacis ſcribit, vt refert Vincentius. Nonnulli aquarum raporibus ſufuſi, vt Branchidica vates. Nonnulli etiam ſunt, qui characterum inſiſtunt notulis; & ſpiritũ quendam putant illigare, quod opus obſcuram trahit Emphaſim ab ipſis dijs idolicam, quæ quidem ob tenuitatem exilem poteſtatis ſolet plerumq; à malignis dæmoniorum præſtigijs perturbari: & protervi iſti tota delirant orbita, indigni qui cenſeantur in vllo vatum numero: alij in phantaſia concitantur ad diuinationem ſui compotes; hi quidem adiuti tenebris; illi certis potionibus: plerią; carminibus, ac rhythmis; ſunt qui per aquam phantaſmata concipiunt: alij in pariete: complures ſereno ſub cœlo, quidam in ſole, & planetarum aliquo: ſicut, & alij ab igne, vt Amphiraus, & omnes iſti delirant, & impia obcæcantur caligine. Alij arte humana per coniecturas conantur eruere vaticinia ab extis animalium, quorum primus Orpheus: ab auidus, vt car, & Amphiraus: ab aſtris, vt Atlas, & Anaximander: à medicorum arte, vt Hippocrates. Totum hoc artificioſum genus vtitur certis ſignis, per cognationem rerum cum ſignis oſtenſis, quibus non nihil ars confert, coniectatą;

*Lib. de imag. fo. 61.*

*Plin. li. 7. c. 56.*



vati-

vaticinium, vt coniectura certum, aut vt ipſa mutabile.
Ijs & alijs Deus vtitur prout naturæ organa ſumma ar-
chitecturæ prouidentia, vt vaticinia proferant, & non
vt in ſe æternum poſsideant afflationis, vaticinijq; im-
motam rationem; nam vt præſentio quædã innata ineſt
quibuſdam animalibus præſentientibus terræmotus, in
terdum tempeſtates & imbres, vt alciones. Hæc etiam
compatibilis aliter contingit, quoties animantia quædã
concitantur portionibus quibuſdam vniuerſi, ac viribus,
vel quia elementi interiora penetrant vt aues aërem, ac
terræ latebras animalia: vel quoties præſentiunt ob
quoddam ſenſuum acumen; præſentiunt autem res qui-
dem, quæ iam circa aërem accidunt & circa motionem;
ſed hoc ſolum vaticinij ſimilitudinem affert: proinde ſi
qua eſt ex artibus diſciplina, vt Mathematica, Nautica,
& Medicina futura præſagiens, nihil tamen cum diuino
vaticinio conuenit; ex coniecturis namq; probabilibus
ventura colligit; & ſignis quibuſdam conijcit, hiſq; non
ſemper fidis, ſed ex ſimulacris oritur, quæ diuinæ actio-
nes, & ſenſationes imprimunt, vt in phantaſia: vel á va-
poribus, & humoribus, varias, & diuerſas imaginationes
animo repræſentantibus ducit principium, & hoc humo
ris dominantis eſt indicium: ex hiſq; ventura colligit, &
coniectat, vt etiam Mercurialis adnotauit; illud autem
æternum, & immutabile eſt, vt ad omnia commune illis
quibus á Deo diuuinandi potentia immittitur.

*v. pro vittit. in ſomnia phreni-cis.*

## STATIO IIII.

*Quod melancholiæ genus ſapientiæ conducat.*

QVANDO ergo Ariſtoteles melancholicos pruden
tiores vocitauit hoc ab atra flaua mixta non fie-
ri, aut pituita, vel inde conijcies, quod illa furo-
rem, ita ſtoliditatem concitare nata eſt: ſed à me
loncholia mediocriter calida multa, & mediocri ſangui-
ne

ne mixta per mediocrem genita vſtionem, declinante ad
flauitiem, ex qua cerebrum ad mediocrem ſiccitatem
vergit; nam per calorem, & frigus in varios mores mu-
tat; illa autem permeat facile ad vaſa; ſpiritus priores
creat, plures & minimè reſolutioni paratos: Hinc pro-
fundior cogitatio, & in collimando perennitas, & ij ſunt
qui illuſtriora in bello, & pace geſſerunt, vt Homeri
Vliſſes, & Platonis, Socrates, & Xenophontis Solon, Ab-
deritæ Democritus, nam prompti ad actiones, cogita-
bundi, aſsidui, patientes, indefeſsi, ſoliciti, auidi ſciendi,
& perſpicaces! Notiſsima eſt illa Præceptoris ſentẽtia, *Lib. de*
*quod colentes terram mollem, & aqueſam, & frigidam, aut calidã* *aëre, a-*
*exceſſu, hebetes, infirmi, & impatientes ſunt: è contra colentes aſ-* *quis, &*
*peram, ſiccam & duram, & Boreæ expoſitam, patientes, ſubtiles, &* *locis.*
*prompti ad facinora.* Iſta tamen melancholica non eſt craſ-
ſa, nec valde nigra, nec dura, nec omnino aduſta, ſed de-
clinans ad tenuem, fuſca, fluida, mediocris in calore, fri-
gore, & ſiccitate, vt mutationes, & impreſsiones à cor-
de hepate, et cerebro, recipiat, quibus omnibus acumẽ
ingenij perficitur: ad hoc enim optima requiritur me-
moria, ad actiones promptitudo, ſtudij aſsiduitas, docili-
tas, ſolicitudo, et exiguus timor, vt ſapientiores volue-
runt. Et hæc eſt ratio quare melancholici interdum bal-
butiant, exuperantem ob calorem in capite, de quibus
eſt apud Ariſtotelem problema. *Cur aduſti melancholici bal-* *11. pro-*
*butiant, quoniam, inquit, præ velocitate imaginandi lingua concep-* *ble. 38.*
*ta aſſequi nequeunt; quare præpediuntur in loquendo.* Celebris
eſt illa Heracliti ſententia, *ſplendor aridus animus ſapientiſ-* *Li. quod*
*ſimus:* ſplendor enim, inquit Galenus, *animi ſiccitatem, &* *animi*
*acumen ingenij oſtendit,* ſicut Sydera, *ſplendentia iuxta,* *mores, c.*
*ſicca, ſumma intelligentia eſſe prædita. Hæc omnia ſunt inſtrumen-* *5.*
*ti propria, & homini communia,* nam mentem omni, *carere al-* *Dial. 4.*
*teratione,* dixit Plato, *& cuiuſmodi ſunt meatus, inquit, & vaſa* *de rep.*
*per quæ excurrit anima, & vt ſunt affecta, quibus accedunt, tum*
*illa & quibus permiſcetur, & ſe inſinuat, ſic homines aliter aut ali-*

  ter

*ter ſentiunt. Ob eam cauſam huiuſmodi patemata poſſunt emendari atq; tranſponi, ſed ipſam naturam inaſpectabilem transfarmare non potis eſt.* Neq; etiam præciſe neceſſarium, omnem melancholiam mentem lædere, quinimo illã perficere mille docent exempla: nec defuit ex veteribus, qui putaret ad melancholiam, ipſam religionem pertinere, vt Arcthæus medicus antiquiſsimus, cui plaudit experientia, quoniam qui dediti ſunt religioni, vel fieri, vel eſſe melancholicos auguratur; hæc dicit cana veritas Atticæ phyloſophiæ alumna, quod etiam mercuriali placuit.

*Lib. de ſuperſtitione.*

Hinc veteres noctuæ hieroglifico ſapientiam exornarunt vtpote quæ in Hycrionis priuati adhuc hominis haſta concediſſet primo bello, quod inijt; hinc eum Auſpices cautum conſilio futurum prædixêre; id quod ſapientiſsimum totius vitæ regimen comprouauit, vt notauit Pierius, noctuæ oculos ſymbolum ſapientiæ dixerunt alij; quoniam ſicut illi optimè noctu cernunt ſic ſapiens res vel ocultiſsimas facile deſpicit, iſq; á moto ab animo mendatiorum vel ad veritatem intuendam penetrat: hæc enim vt noctua deliteſcit, nec facile omnibus paſsim ſe videndam exhibet, ac ideo Democritus illam in puteo obrutam poſuit, quam niſi tempus aut eius pater Saturnus eruit, vt enarrat Vincẽtius. Et hanc propter rationem fortaſſe Afranius Poeta ſapientiam memoriæ, et vſus filiam vocitauit *eo namq; argumento*, dicit Gelius, *demonſtrat qui ſapiens eſſe rerum humanarum velit, non libris ſolum, aut diſciplinis opus eſſe: ſed oportere eum verſari in rebus communius noſcendis, periclitandiſq; eaq; omnia acta, & vẽta firmiter meminiſſe, & perinde ſapere, & conſulere ex his, quæ pericula ipſa docuerunt.* Hoc his duobus verſiculis amplectitur Afranius.

*Lib. 20. de ſacris litteris, AEgypt.*

*Libro de imag. Deorum imag. de Mineru. fol. 246.*

*libr. 13. noct. At. c. 8.*

*Vſus me genuit, mater me peperit memoria:*
*Sophiam me vocant Grai, vos ſapientiam.*

Ac ideo Lacedemonij Apollinis ſimulachrum, quatuor auribus, totidemq; manibus præditum eſſe voluerunt:

*Pierius, lib. 33. de ſacris AEgypter, litt.*

runt: Vero nimium hieroglifico nihil aliud ſignificabant niſi ſapientiam, cuius Deus ille ſymbolum eſſet. Eam etenim et multarum rerum auſcultatione, et operibus identidem gerendis, comparari. Non enim digne ſapientem eum dixeris qui ſe rerum cognitioni tantum emancipauerit, niſi facta quæ probes inſpicias, quæq; is et diligenter, et probe examinarit in vtile aliquod, vel ſibi vel alijs, opus promulgarit, ſolidæ in ſapientiæ argumentum. Quod fortaſſe ſapientes Ægyptiorum inſtruxit, vt ſapientiam in quadrato ſtatuerent, quando fortunam in rotundo, ex hoc hieroglifico, volubilem illam, huius vero ſedem firmam et inconcuſſam indicantes, quadrata ligna ad arcæ Noes fabricam parari diuinum iuſsit numen: vt magiſtros Eccleſiæ deſignaret, quorum ſapientia intus populi conſeruentur, et ab hæreticorum procellis muniantur. Ex quadratis etiam lignis conſtruere debere, nos bibliothecam admonet Adamantius, vbi vera contineatur ſapientia. Mercurium coluerunt Ægyptij, quia muſicam Geometriam, ac paleſtram reperta ab eo acceperunt, hanc propter ſapientiam quadratam in gymnatijs ſtatuã illi dedicauerunt, qualis erat ea, quam Pauſanias in quapiam Arcadiæ regione dicatam voluit, eo ſane habitu, vt pallium induere videretur in quadrãgularem figuram deſinentem ſtatuam, neq; pedũ tenus expolitam, vt depicta in Vincentij imaginibus datur Galenus in oratione ſuaſoria: Mercurium, inquit, vt orationis parentem et artium omnium auctorem, in aliam effigiem quam fortunæ effinxerunt: tum pictores tam ſtatuarij: effingunt enim iuvenem formoſum, non tamen fucatum, aut comptum, ſed natiua quadam virtutis ſpecie vultu hilari, acribus oculis in baſi quadrata, quæ ſtabilitatis ac firmitatis figura eſt.

*Lib. 39. titul. de quadra.*

*Imag. de Mer. fol. 218.*

Suidas etiam narrat quadratam figuram Mercurio datam, vt verus ſermo inueniretur, qui ſemper conſiſtit ſicut è contra mendacium ſubinde mutatur nec vſquã

poteſt

*Lib.4.* poteſt conſiſtere. Alexander etiam Neapolitanus: Mercurij ſtatuam inquit, apud Græcos haberi quadrato ſtatu capite ſolum effícto tali ſpecie pluribus figuratis, quas pro immortali ſapientia ſapientibus, et pro gloria immortali magnis ſæpe ducibus dicabant quemadmodum Suidas memorat. Tucidides et ædepol Plutarcus *Lib.4. hiſtor.* in Alcybiade prodiderunt huiuſmodi ſtatuas, quarum plurimæ Athenis erant vna nocte deiectas: quæ res Alcybiadi negotium non parum factitauit, cum in affectati principatus ſuſpitionem veniſſet. Huiuſmodi ſtatuæ hermæ dicebantur, quod et Mercurius Græcis Hermes diceretur: ponebantur autem, vt diximus in gymnatijs, et academijs vt ſapientiæ præeſſent: quare Tullius in *Lib.11.* quadam epiſtola ad Aticum Hermiam omnium academiarum ornamentum vocat; et in alia ad eundem ſic *Lib.4.* ſcribit *Hermiæ tui pente lici cum captibus AEneis me admodum delectant* Hortaturq; eum, vt quamprimum ad ſe mittat, quo ijs ſuam bibliothecam adornare poſsit. Athenienſes primi harum ſtatuarum opifices leguntur, poſtea non ſolum Mercurij, ſed aliorum quoq; Deorum ſtatuas, Græci quadratas non raro effinxerunt præſertim Arcades, apud quos ara Ioui huiuſmodi ſimulachro erat dicata. Cylerius etiam fuit Mercurius cognominatus à quodã Arcadiæ monte ſic dicto, vbi is eſt natus, ſed tamen Fieſtus dicit eum ita appellatum, quod rem omnem ſapientia ſine manibus conficiat, ideoq; quadratum eum effingebant, quod is fortaſſe eſt à quapiam Græcorum fabula mutuatus; qua fertur Prometheum aliquando Iouem adijſſe, oraſſeq; vt homines rudi illa vita relicta, quam initio viuebant, ad politiorem ſe conferrent: Tuncq; Iupiter Mercurium vna cum illo miſiſſe præcipiens, vt eos, quos maxime idoneos exiſtimaſſet doceret ſapientiam, qua inſtructi alijs perſuadere poſsint, vt vitam ciuilem ſocialemq; degerent.

Haſta in manu Palladis debet eſſe ſapientia, quoniam parum

parum arma proficiunt, niſi quæ per ſapientiam administrantur, ac ideo haſta in manu Palladis ingenij acumen, & promptitudinem ſapientia moderatam oſtendit, vt voluit Pierius quod fere Martianus hoc verſiculo pinxit: Lib. 42. de ſacris AEgyp. litt.

Haſta etiam vibrans penetrabile monſtrat acumen;

hoc etiã exornat alia Poætarum fabula, de Prometheo, qui cum hominem nudum conſpiceret, & inermem, & cætera animalia omnia acurate perquirere conſilij inopia prehenſus, & quamnam homini ſalutem reperiret neſciens Vulcani, & Mineruæ artificioſam ſapientiam vna cum igne furatur, & ſic illam homini largitur. Non inuenuſtum etiam eſt ignis ſapientiæ hieroglificum, vt pote qui petat altiſsima, in pyramidis formam in contemplationis rationem, & ſymbolico lumine clariſsimam ſiccitatem æmulante. Hyacinthum ab Apoline in florem verſum poëta fabulantur, in prudentiæ, ac ſapiẽtiæ ſymbolum: puerum enim adamatum finxerunt, quia formoſus mentem ad ſui contemplationem excitat, & ſenſu iuvenili depoſito, ſapientiæ florem ex ſe gignat ſuauiſsimis virtutum odoribus flagrantem, vt humanarum litterarum peritiores voluerunt. Ægypcios tandem Mercurium coluiſſe refert Iamblicus, vt omnium ſuarum artium inuẽtorem, ac propterea omnia ſcripta ſua, ei dicaſſe dixit Tullius, ac quod ab eo litteras accepiſſent grati illi Theut, nomen dederunt, quod etiam apud Platonem legitur: Thoit enim aut Theut Ægyptijs Dei nomen erat (hoc ſane mirum apud omnes gentes, & nationes præcipuum Dei nomẽ per quatuor litteras efformatum) Perſis *Sire*, Magis *Orſi*: Vnde *Ormaſis*, Hebræis *Adonai* Græci *Theos*, & Erota diuinum amorem vocitarunt: Arabes *Allâ Macomet*, Abgdi nos accepimus ab Angelo Ieſum nomen dulciſsimum: quod ficinus apud tam varias nationes diuinitus inſpiratum probat.

*Lib. 3. de nat. Deorũ.*

*Dialogo Phileb.*

*Comm. ad Dial. Cratil.*

STA-

# STATIO V.

## *Sapientiæ acumen furor excepit.*

O QVANTVM vnuſquiſque ſuiſmet captiuncu-
lis irretitur:non faciunt ſiquidem cani ad ſapiē-
tiam, dixit eloquentiæ pater, & Auguſtinus, nō
dat ſapientiam canities, ſed candor vitæ mo-
rumq́; grauitas; nam cani ſunt ſenſus hominum, dixit di-
uina ſapientia: ac ideo maledictus puer centum anno-
rum, hoc eſt, quem talis diuina ſapientia deſeruit. Nec
minus animæ periculo adijcit liuor, quam corpori phre-
nitis, ac ideo æquè cito vtriq; ſuccurrendum puto, cru-
delis enim inhumanitatis eſt præſenti periculo non oc-
currere ſaltem pretioſo Andromedanti: *pudendum enim*
*Lib.27.* (dixit Plinius) *omnia animalia quæ ſint ſalutaria ipſis noſſe præ-*
*natural,* *ter hominem, ſua namq́; norunt in morbis animalia remedia.* Qui-
*hiſt.cap.* bus pro auertendo periculo vtuntur, hirundines apium,
3. & Chelidoniam ad cæcitatem; Ciconiæ platanum ad
veſpertiliones: columbæ lauri folia: accipitres Hiera-
cium; coruus arum: Vpupæ adiantum: cornices verbe-
nam: turdi cicutam & mirtum. Perdices arundinem:
Aquilæ galitricum Galeritæ gramen: Cygni viticem.
Hipopotamus arborum ſtipites, vt à ſanguinis ſarcina
liberentur. Rufones condrilam: ceruus dictamum pro
veneno ſagittæ: ſerpentes fœniculum ad cæcitatem:
teſtudines ſaturegiam adverſus viperarum venena: vrſi
mandrogoram adverſus formicas mandunt: aſtuta muſ-
*Plin.lib.* tella verbaſcum contra ſerpentes: nos etiam vero patiē-
11.*cap.* tiæ amuleto vtimur contra liuoris ſagittas, quo neq́; ab-
36.*epiſ.* ducimur, nec veneno inficimur, ſed vt Pyralis ſub ignis
16. ardore viuimus, & in perſecutionis aromate, accenſo li-
*Altera* uoris igne in nidulo meo moriar, & ſicut Phenix multi-
*lectio ſi-* plicabo dies, *non eſt quod tibi facile credas* (dixit Seneca) *ex-*
*cut pal-* *cute, & varie ſcrutare, & obſerva: non eſt populare artificium*
*ma.* *philoſophia,*

*Philoſophia, nec oſtentationi paratum; non in verbis ſed in rebus eſt. Alia rurſus hæc refellendi ſpecies eſt,* dixit Plato, *cum quis* Dial. gor
*aliquid dicat derridere aut ſine ratione negare, Cæterum niſi me-* gias, l.
*liorem arguendi viam habes vicisſim mihi concede, ac experire,* de Rec-
*qualem ego redargutionem eſſe arbitror oportere.* Illud enim torica.
turpe eſt, dixit Plato: *Turpiter & male loqui, & ſcribere ver-* Dialog.
*ba rebus proba, nam facere docet Philoſophia non dicere.* Dixit Se phedrus
neca, nam vt tragicus ait Euripides veritatis, ſimplex Epi. 20.
oratio eſt, ideoq; illam implicare nemo poteſt, nec enim
quidquam minus conuenit, quam ſubdola iſta caliditas, Episto.
animis conantibus magna; in hoc veritas ſolis æmulatur 49.
radios, quod obſeratas fores penetrat vel invitas.

Sub hac ſapientia cerebrum mediocrem poſsidet ſic- Lib. 1.
citatem, meta vero tranſgreſſa ad furorem diſponit; mag dieta, c.
na ſane ſapientia præceptor, de hac ſapiẽtia Philoſopha-
tur, *ignis & aqua*, inquit, *inter ſe tẽperata*, ſapiẽtiſsima ſunt, 29.
*quia ignis quidem habet humiditatem ab aqua, & aqua ſiccitatem* 30.
*ab igne, ex his autem anima temperata ſapientiſsima eſt, & memo-* 33.
*ria valentiſsima prædita* [de humoribus, qui elementis reſ- 34.
pondent, & ſua temperie corpus immutant & animæ 35.
inſtrumenta Præceptor loquitur) *ſi vero aliquo aſcitamento* 36.
*vtens alterum horum augeſcat, aut contabeſcat, decipientiſsima
redditur, ſi vero ignis, & aque temperamentum anima ſortiatur,
ſit autem ignis Paulo inferior, deffectuoſior erit propter ea quod ig-
nis ab aqua temperatus, & tardiorem motum faciens, ſegnius ſen-
ſibus allabitur, & tales ſtolidi appellantur; ſi vero econtra aqua ſu-
peretur ab igne imperioſior anima celerius mandabit ſenſus, &
pro ignis ſiccitate actiones deprauatiores concitabit, quo fiunt ta-
les phrenetici niſi & furioſi fiant, & vltra ſub varias ſpecies.* Pro-
greditur Hipocrates, ſi vero amplius ad hoc ſuperetur
ignis ab aqua more carbonum, hos iam alij decipientes
alij attonitos, ſeu ſtupidos appellant: dum iam vſtio me-
lancholiæ deferbuit: & hæc inſaniæ ſpecies tardior exiſ-
tit; ſi vero amplius aquæ vis ab igne ſuperetur (quocum
q; in humore quatuor elementa conſidera) tali homini

neceſſe eſt tanto acutiorem animam eſſe, quanto citius mouetur, & ad ſenſus citius allabi: verum minus conſtãtem priori: deſcipientia hæc erit valde ferina ob nimiam cerebri ſiccitatem humoris, acutiem & immanes morſuum puntiones. Si vero adhuc amplius ſuperetur aqua ab igne talis anima valde acuta eſt. *Et talis neceſſe eſt ſomnia videre, hoc eſt proloqui, ea quæ velut per ſomnum repreſentantur abſq; vllo ordine cohærentia:* Vocant iſtos ſub furioſos nam res valde propinqua inſaniæ eſt, etenim à breui, & incõmoda inflammatione inſaniunt, quaq; leui de cauſa: ſapientis quidem igitur, ac decipientis animæ hoc temperamentum cauſa eſt, poteſtq; ex dicta melior, aut deterior reddi. Hæc Præceptor ad literam. Hinc Platonis obſcuriſsimæ ſententiæ interpretationi datur aditus cum ſenſus animam vehementer pulſauerint, inquit, & poſſederint ab initio anima, cum mortalis corporis vinculis includitur amens efficitur, at poſtquam nutritionis, & augmenti rivus lenius minuſq; fluit, animæq; circuitus tranquilliori motu iter ſuum peragunt, proceſſuq; temporis ſedatiores fiunt & in figuram naturæ ſuæ congruam reſtituuntur, tunc ſingulorum circulorum directæ *conuertiones eiuſdem, & alterius naturam probe diſcernunt; hominemq; ſic inſtitutum prudentem eficiunt, &c.* Hoc eſt cum corporis inſtrumenta, quibus incedit anima, cerebro autem ſedet vt metropoli adhuc impoſita, & immatura illuſtratioribus animæ actionibus non cedunt, Amens efficitur puerili ludibrio magiſtra ſapientiæ: naturæ vero inſtrumenta ſi ignis vehementer pulſauerit, hoc eſt humor cui dominatur ignis non amens ſed furioſa redditur, ſi vero naturæ rivus perficit inſtrumenta, nec illa interturbat inquietus effluxus, tunc ad prudentiam quietiores motus, ad ſapientiam vero temperatam quietem perficit anima.

*Dialo. Thime. l. de na.*

Cum vero ad talem ſiccitatem cerebri devenerit tẽ[illegible]s, vt in ſta alteretur harmonia, in calore, & ſiccitate

cerebri

cerebri actiones deprauantur in facultatū operatione,
ſi vero diſſoluatur vita nequit conſiſtere; ita fit, dicit Ia-
cotius, vt motu vigilia, clamore, æſtu, & ſucci acrimonia
non ſolum hauriatur humidum cerebri, ſed etiam natu-
ralis partium concretio diſſoluatur, quam malam colli-
quationem vocat Hipocrates ob idq; ex inſania rauce-
do quam excepit oregmon, quem mors excepit. *Hinc fe-*
*roces decipientiæ licet parum durabiles prauæ;* non enim ſe-
quuntur febris conditionem dicit Iacocius, paraphre-
nitis enim nunquam ferina, ſed dum in cerebro phrene-
tica alitur affectio per calorem ſcilicet, & ſiccitatem,
quibus acrior accedit morſus, qua licet ad ſe redeant fe-
rocientes immaniores poſtea reuertuntur, mora enim
acrior redditur humor cum calidior: *Ac ideo aphoniæ con-*
*vulſoriæ in extaſim tranſeunt mortiferam:* cum præ ſiccitate
à calore ſuperante inducta nerui aruerunt reuerſiui, vt
omnis cerebri ſubſtantia fucata furioſam extaſim cum
ſilentio inducat, quia vltima debilitate torpent ſenſus,
vt leuis tantum in manibus tremor appareat, vt in Py-
thione, neq; enim præciſſe vocem ad phrenetidem re-
quiri Galenus dixit, alia enim multa ſuperſunt, vt fami-
liares non agnoſcere, dolorem aut ſitim non ſentire, in
decore moueri, &c. ac proinde Cenſorinus Cato ad filiū
de validis quoq; obſeruans, vt ex oraculo aliquo prodi-
derit ſenilem: *iuventam præmaturæ mortis eſſe ſignum dixit;*
Et hoc eſt per ſapientiam mori, ideſt per errorem ſapien
tiæ, facultatis ſcilicet, in qua verſatur ſapientia, ſeu di-
cas cogitationem, ſeu diſcurſiuam, hæc enim ad opera-
tiones cum moderata humiditate, moderatam poſtulat
ſiccitatem: cum vero à moderato excedit diſponit ad ma
niam, hic auctor libri de ſpermate horis nigræ bilis, con-
ceptus inquit, maniæ eſt expoſitus quoniam ſub ſiccita-
te cerebrum efformatur: & propter illam, quam calor
inducit maniæ ſignum fore Galenus confirmauit. Ad
vomitum æruginis præceptor maniam te qui certo in-
dicat: *in com.*

*Comm. 1. ad lib. 2. coaca. ſect. 2. tex. 10. & ſect. libr. 3. tex. 11.*

*Com. 1. lib. 2. coac. ſect. 2. text. 19.*

*Text. 21. ſeq.*

*1. Prorritic.*

*Plin. li. 7. nat. hiſt. cap. 51.*

*Lib de anat. viuor. tit. de anotomia cordis, 1. Prorrit. Com. 1. text. 9. & 14.*

dicat: hanc enim à retorrida bile fieri certius Galenus; quodſi ad hanc tremores ſuperueniant vita nequit conſiſtere; cum igitur dicit Galenus talem ob affectionem tremor fiat vehementer excicatos neruos oſtendit ob idq; hominem læthaliter habere: ſolo verò temperamento ſicciori, & tenebroſſo inſigniti, melancholici tenebriones, ac lucifugi triſteſq; redduntur (dicat hoc ſervus Atici) ſuſpicioſi, hominum conſortium fugientes amantes ſolitudinem, vt Nicanor, Democlis, & Parmeniſcus, aut ſicut Belerophontes olim ab Homero deſcribitur.

*4. Epid. tex. 17. 5. epidemia. 77. 78. 80.*

*Qui miſer in campis mærens errabat Aleis:*
*Ipſe ſuum cor edens hominum veſtigia vitans.*

Arethæus melancholiam diſinit animi angorem in vna cogitatione defixum, atq; inhærentem, ſine febre: mirabile eſt enim, quam variæ rerum imagines animis eorum obverſentur, quos bilis atravexat: in hoc tamen differentiam conſtituit melancholia, quod re erat in ſemel apprehenſa, in reliquis fere conſtat iuditium, quod in furore, ac mania non fit, vbi abſolute dominatur inſania; hinc & lycantropiæ vitia infra hominis naturam animo, & corpore alienato: mirabile de hoc refert Solinus, quod Neuri apud Sithas Lycantropia ad tempus in lupos conuertuntur, & exacta inſania ad hominis reuertuntur figuram: & in alijs diuina, neſcio quæ apprehenſio dominatur quaſi cum item homo duorum extremorum ſit ſubiectum ad vtrumq; extremum ab vno eodemq; humore immutetur, vt Timon apud Lucianum, harum imaginum cauſæ haud pleriſq; cognitæ, plerique ad humoris proprietatem retulerunt; alij in illius temperiem, ſubſtantiam, aut qualitatem, ſubſtantiæ ſoliditati, conſtantiam veteres tribuerunt. Vnde Galenus aciẽ animi atq; intelligentiam bilioſo humori tribuit conſtantiam, & firmitatem melancholico ſtoliditatem ſanguineo, pituitam ad mores conformandos iudicauit inutilem.

*De mirabi. 25.*

*Comm. in lib. 2. de hum.*

STA-

# STATIO VI.

*Maſticia necat veneris latus furor,*
*Quin etiam hic funeſtus humor, aliud furoris.*

GENVS concitat, quod Venus inſpirat, & politioris litteraturæ viri vocitant amatorium, hoc etiam mortem inducit, dum cæco carpitur igne, ſed medius fidius reamata potito remedium in furore inuenit.

Antiochus Seleuci Regis filius nouercæ ſtratonices infinito amore correptus, memor quam improbis faſcibus arderet impium pectoris vulnus pia diſsimulatione contegebat, itaq; diuerſi affectus ijſdem viſceribus ac medulis incluſi ſumma cupiditas, & maxima verecundia, ad vltimam tabem corpus eius redegerunt. Iacebat in lectulo moribundo ſimilis, lamentabatur pater, ſed hanc triſtitiæ nubem Eraſiſtrati medici diligentia diſcuſſit, cum Anthiocum ad introitum Stratonices rubore perfundi conſpiſceret, eaq; egrediente pallère admotaq; manu pulſui modo vegetiori modo languidiori comperit, ac cuius morbi æger eſſet aperte cognouit; ego etiam dicit Galenus ſimili in hiſtoria vocatus ad fœminam noctu vigilantem, & ex vna iacendi figura in aliam crebro ſe transferentem, illamq; ſine febre exthaleos appræhenſam, actione delira hanc aperte mæſtitia laborare cognoui; vel atræ bilis vitio, q; poſtea comperi cum quidam è theatro veniſſet, narraſſetq; ſe Pyladem ſaltantem vidiſſe, ac ſtatim mulieris vultus, & faciei color eſſet immutatus, ſubſiliretq; agitatus varijs in modis pulſus, quod animi perturbati eſt inditium: atq; ita mulierem Pyladis amore correptam deprehendi, ſicut & ſeruu malterius cuiuſdam diuitis.

*Val. Maxi. lib. 5. rerũ memor. ca. 7.*

*De præcogni. ad Poſt. ca. 6.*

De Echo Nimpha, poetæ fabulantur, Narciſsi amore

captam,

captam, cum illi re amata potiri non daretur, ob verecũ
*Vincen. libr. de imagio-nis.* diam, in antra obſcura ſe miſiſſe, ibiq; ſe fatis mærore datam confeciſſe: ita vt tanquam ſaxum obticeſceret, neq; aliquid ſui reliquiarum dimiſiſſe præterquam vocem, quam Lucretius teſtatur ſe alicubi ſexties, aut etiã ſepties repetitam audiuiſſe Pauſanias quoq; fidem facit apud Aæſios porticum quendam fuiſſe, vbi ſepties, & eo amplius vox replicara audiretur, ac ideo Dea aëris & linguæ ferebatur, ſemper tamen ob mærorem hominũ fugiebat conſpectum; cernens etiam Dido, quam impro bis faſcibus arderet, ac videns Eream ad mare devolutum per vrbem hinc inde furioſa vagatur, vt poëta haud
*Lib. 4. AEnei.* ab ſimili furore correptus belle cecinit.

*Heu vatum ignara mentes quid vota furentem,*
*Quid delubra iuvant.*
*Varitur infælix Dido totaq; vagatur*
*Vrbe furens*
*Illiacos, iterum demens audire labores*
*Expoſcit.*
*Ardet amens Dido traxitq; per oſſa furorem*
*Huc illhuc volvens oculos, totumq; pererrat*
*Luminibus tacitis.*

In amoris furore, vteri & cerebri mutuo conſpirant vitia, vt voluit Æcius, illius ex calida, & fere habituali intemperie laſceſsiti; iſtius autem á maligna, & exauſta euaporatione irruente, quæ dum caput aſcendit mentẽ vel ad furorem percellit ſi bene in viris ſatiricis ſimilem concitat priapiſmum, vt Arethæus & Moſcio græcus voluerunt, & taliter ſæuit inde furor, vt fœminæ in viros conuertantur, vt in Abderis Phaetuſa vxor, & altera in Thaſo Gorſipi, & in annalibus Romanis: Lucio Craſſo, & Caio Longino Conſulibus, Caſini puerum, e virgi-
*Lib. 7. nat. hiſt. cap. 4.* ne ſub parentibus effectum, indeſſertamq; Aruſpicum iuſſu inſulam delatum narrat Plinius; & alium Smirnæ puerum, ſicut & in Africa Lucium Coſsicium, fæmellã

in

in virum die nuptiarum verſam ſe vidiſſe affirmat. Phenices etiam amatores cum ſe reamata priuatos cernerent ſe ipſos pribabant cibo, vt retulit Galenus, quem admodum amantes palmas affici nonnulli perhibent: Philoſtratus in iconibus auctor eſt, palmam fœminam, atq; marem ita ſe amare, vt niſi prope ſerantur atq; ſe ſaltem proſpiciant, emaciẽtur excicenturq; idem Theophraſtus idem Plinius, idem narrat Baſilius. Hinc etiam amoris furor flammeus igneus, & inde currus, vt á Moſchio poëta Græco, quem eleganter Politianus tranſtulit deſcribitur.

6. de locis, 5. 3. de auris plan. c. 20. li. 13. c. 4. Hom. 5. in exhameron.

*Ira inflammantur tum mens illi effera, fallax*
*Frandator, mendax, ludit crudele puellus;*
*Quem Petrarcha in amoris triumpho imitatur,*
*Igneus ille currus, qui nudus, & infans*
*Apparet: plena telli fert ille pharetram*
*Ex humoris arcumq́ manu idem in prælia geſtat.*

Quod amantium cupiditatis eſt argumentum, quæ ſpe obtinendi ſemper accenditur, ſed elegantiſsime amoris, & omnium; qui præ illo furibundi in vrbe extiterunt, furores deſcripſit Auſonius, vbi incipit.

*Aëris in campis memorat quos Muſar Maronis*
*Mirteus amentes, vbi lucus opacat amantes.*

Huic etiam furori alludit quoddam veneris ſimulachrum, quo venerem barbatam effinxerunt, Ciprij vt Alezander Neapolitanus refert. Veneris ſimulachrum dixit Suidas aliquando effingi ſolitum, cum pectine, & barba (ſicut Vincentius in vltima imagine deſcripſit, qrod Romanis aliquando mulieribus peſtilens irrepſit furor, quo morbo capilli deciderent omnes, cum pectinum non erat vſſus quare mulieres tam in venuſto morbo laſeſsitæ veneri vota facientes pillos Deæ miſeratione recuperarunt, ac propterea hac peſte liberatæ Veneris ſimulachrum cum barba, & pectine poſuerunt.

# STATIO VII.

*Funeſti humoris effectus indicibiles, furoris triũphus indicat, & furorem phiſionomia.*

Com. in libr. 1. Coacar. ſect. 2. tex. 9.

ALIVD etiam furoris genus eſt, dixit Olerius, ex puro ſanguine, vbi incaluit, aut neſcio quid ineffabilis vitij ſeu labem dicas, contraxerit, quod accidit quibuſdam virginibus menſibus diu ſupreſsis: per ſiccitatis gradus, quos calor induxit, gradus etiam delirij à Galeno deſcribitur, quem ſequitur Iacotius. Ob hanc igitur cauſam, inquit, nonnumquam phrenitis mitior eſt: *cum a pallida bile ortum traxerit interdum vehementior cum flaua bilis eam peperit*; atq́; inſuper alia nonnumquam ferina occurrit dementia, & melancholica flaua bile præaſata. Sed ad vtramq́; ſiccitatem extenditur ſeu frigori copuletur, ſeu calori, vt adnotat Galenus, nam, & in animantibus, inquit quæ temperatura calidiora ſicciorać; ſunt in ijs plus generari videtur atræ bilis; vnde furor indomitus, qualem in Achile introducit Homerus: Thamiris in ſano furore citharam lapidibus alliſsit: nec ſana mente Pindarus dulciſsimam modulatu fiſtulam littauit igni: Xerges naufragij dolore in fauſta rabie mare verberibus multauit, vt narrat Plutarchus. Leonis hieroglificum hoc mite comprobat catulos ſuos decerpentis, vt veteres depinxerunt Ægyptij, & in hori exemplaribus inuenitur; immenſum itaq́; furorem dixit Pierius, quo quis impenſius exardeſcat, ſignificare ſi collibuiſſet, leonem effingebant catulos ſuos decerpentem imo & exoſſantem; quo quidem furore correptum olim Herculem auctores traddunt, eoq́; inſaniæ provectum, vt non hoſpitis tantum filios enecarit verum, & in ſuos ipſius filios, vſq́; adeo ſeuiræ ſolitum, vt eos interfecerit. Diuinæ literæ in ſerpente furorem implacabilem ponunt:

*Libel. de tempera tio. ira.*

*Lib. 1. de ſacris miſter. AEgip. tit. furor indomitus.*

ponunt: incompeſcitabilis eſt in angue furor, qui ſimul ac ſe læſſum ſentit, ita veſane furit, vt non abſiſtat donec venenum intulerit, aut præ rabie exanimetur, vt notauit Euthimius; nec abſimilem furorem, per Cocodrilum ſemetipſum verberantem adnotarunt Ægyptij: propterea quod is irrita prædæ ſpe fruſtratus in ſemetipſum furit indignabundus; quare olim Alcitanigens Hiſpana ſimulachrum Martis, vt Macrobius refert, radijs ornatum ſolis inſtar, maxima religione colebant: ſi nos non falli apocrifa traditio: feruorem enim quo animus excandeſcit notando, excitaturq́; alias ad iram, alias ad virtutes, interdum ad furorem, per quem bella naſcuntur, quorum Deus nominatur. Homerus etiam eius currum à duobus furore tumentibus equis trahi decantauit: quorum vnus timor, alius terror, appellatur, quibus etiã impetum, violentiam, & furorem adiungit: quem Statius poſtea imitatur cum Martem introducit ad deſidia inter duos fratres Etheoclem, & Polynicem, ſerenda proficiſcentem, & poſtquam arma deſcripſit igne furijs, & ſanguine fucata, eum circunſtare dicit furorem, & iram: equorum frena terrorem moderari, famam omnes præcedere, veri ac falſi nunciam: quod etiam Virgilius imitatur, ac ideo illum iram, & furorem comitari, quos veteres vultu terribili, ac ſanguine conſperſo effingebant, vt ſuper arma furor fremeret reuinctus poſt terga catenis, vt Virgilius cecinit, ſed Statius Martis domum poëtico furore deſcripſit.

*Pſalm. 58.*
*Pierius. libr. 29. de ſacris ÆEgyp. literis.*
*Lib. 1. Saturnal.*
*Vincen. libr. de imagin. Deorũ, fol. 263.*
*Lib. 7. Thebai.*
*Lib. 4. ÆEnei.*
*Lib. 1. ÆEnei.*

*Innumeris ſtrepit aulaminis triſtiſsima virtus*
*Stat medio: lætuſq́; furor, vultuq́; cruento*
*Mors armata ſedet, bellorum ſolus in aris*
*Sanguis, & incenſis, qui raptus ab vrbibus ignis*
*Terrarum exubiæ, circum & faſtigia templi*
*Captæ inſignabant gentes.*

Bachi etiam effigiem furorem adumbrare veteres voluerunt, quoniam, vt dixit Ariſtoteles varias in homine

ſoleat paſsiones concitare, & immodice hauſtum furorem; ac ideo Bacho Panteras, & Tygres antiquitas ſacra fecit; ac Bachi currum finxit deferre: quia percita & furibunda dixit Philoſtratus, in cuius veritatis exemplum Bachi currum eleganti poemate ſic deſcribit Statius.

*Efrena dextrâ lauaq; ſequuntur*
*Lynces, & vda mero lambunt retinacula Tygres:*
*Poſt exultantes ſpolia armentalia portant,*
*Seminecesq; lupos, ſciſſasq; Mimalones vrſas,*
*Nec comitatus iners, ſunt illhic ira, furorq;*
*Et metus, & virtus, & nunquam ſobrius ardor,*
*Succiduiq; gradus caſtraq; ſimilima Regni.*

*3. Metham or.* Et Ouidius.

*Pampineis agitat velatam frondibus haſtam:*
*Quem circa Tygres, ſimulachraq; innania lincum*
*Pictarumq; iacent fera corpora Panterarum;*
*Exilire viri ſive hoc inſania fecit,*
*ſiue timor.*

Inuidia inter monſtra, quæ Bachi currum inſequuntur Silius Italicus, commemorat, & illam ſic breuiter deſcribit.

*Hinc angens vtraq; manu ſua guttura liuor.*

*1. Epiſtolarum, ad Colium.* Et Oratius.

*Inuidia ſiculi non invenere Tyrani*
*Maius tormentum.*

Hoc idem, vel ſymbolice colligitur in calidioribus ſimul, & ſiccioribus anni temporibus, locis cœli conſtitutionibus, ſtudijs, ſacitudines curas, & vigilias exigentibus: edulijs quoq; craſsis ſiccisſimiſq; inſaniētibus verô à varicibus aliud inſaniæ genus eſt, quod frigidior peperit melancholia, non ille, qui fit ex bile furor. Galenus etiam ad illam Heracliti ſententiam, prudentiam ſapiētiſsimam, facit, inquit, moderata ſiccitas, in moderata dementiam.

*6. Aphoriſ. 21. Libr. quod animi mores, c. 5.*

Hoc tamen interpellat ex remæ ſenectutis obiectio, cui

cui vel Palam Galenus ipſe ſatisfacit, medius, enim fidius pauci extremam vſq; ſenectam attingentes decipiunt cum extremam attingant ſiccitatem, reſpondebimus, inquit, Galenus, non furore ſed alio decipientiæ genere laborare ob frigiditatem, nam haud dubio ipſa omnnibus animi functionibus officit [animæ vero opera perturbationeſq; corporis temperamentis conſentire apertiſsimè declarant ] cum ad propinquam ignorationem deueniant, immoderata enim frigiditas ſenes repueraſcit, ſi vero moderata neutro modo delirāt: ex hoc alia fortaſſe difficilior ſuſcitatur obiectio frigiditatem ſcilicet ad actionum deprauationem non conducere, cū ſemper facultates, & earum operationes imminuat; varijs exemplis huic obiectioni vel Galenus ipſe ſatisfacit nihil enim vetat à frigore, & debilitate etiam actiones deprauari, nec ſolum imminui. Hoc enim monſtrat cordiaca, quam Galenus implaciditatem vocat qua loco ſtare nequit æger ex labore ventriculi: eclipſim, oris ventriculi vocat Aurelianus ex Sorano; Celſus imbecillitatem, & omnes in impotentiam conſpirant: & licet huius reſpectu actio diminuta ſit, illius tamen eſt planè deprauata, nam loco ſtare nequeunt: reddidit rationem Galenus cordiacos, & anxios dixit propter imbecillitatem omnem noxam moleſte ferre, & Græca vox, aliſmus venit á verbo aliſu, quod eſt multarum rerum ſatagere ſtudiaq; ſua ad res nouas conuertere eorumq; faſtidio, quæ prius placuerant: hinc nomen aliſmi translatū ad ægros, qui ad punctum temporis quæſitos faſtidiunt, ad nouos iacendi habitus inclinantes, ex cauſis vna eſt ſtomachi porritatio, altera virtutis oppreſsio, quorum ſilogiſtica ſigna Duretus exarauit, hoc etiam in palpitatione experimur, quæ etiam deprauatus motus eſt, & à debili virtute fieri Galenus docuit, & à profluvio ſanguinis decipiētia Præceptor, in cuius commentario Galenus, vtilis aphoriſmus, ad credendum, inquit, quod aliquando fiat deci-

*Cit. loco.* *7. Apho. 56.* *4. Acut. 46.* *1. De hum. 17* *2. Acut. paſſ. cap. 30. 33.* *lib. 3. c. 19.* *1. de motu muſcul. vltimo inf.* *2. Coac. cap. 24. te. t. 13.* *1. de locis 2. 7.* *Apho. 9.*

decipientia ex deffectu, hanc Mercurialis mire illuſtrat
*In Com.* ſententiam ad ſanguinis profluvium, inquit, ſequitur
*huius a-* ſpiritus reſolutio, & ad hanc facultatis ratiocinatricis
*phoriſm.* debilitas, cuius actiones non deprauentur à calido ſed
aut à priuatione aut á frigore: actiones enim animæ di-
*8. de vſ-* xit Galenus, fiunt ab optima cerebri temperie, & à qua-
*ſu part.* libet, quæ deuict corrumpantur, in calida tamen vehe-
mens eſt aberratio, quia maiorem receſſum impreſsio-
nem, & actionem arguit à mitiori calore vel frigore mi-
nor, quæ proprie decipientia, & vt Celſus tranſtulit, de-
mentia dicitur, quæ eſt diminutio operationum, quæq;
á Galeno dicitur fieri ex imbecillitate, quoniam vigor,
& copia ſpirituum, quibus fiunt animi opera deſunt in
ſenibus, & ſanguinis profluvio, ac proinde redditur ani-
mus debilis in cogitando & iudicando; in hepatica dyſ-
centeria etiam depravari alteratricem à frigore Gale-
nus dixit.

*8. ſecun.* Redeat ad punctum ſeries vel ex ante acta doctrina
*loco, c. 6.* patet obſcu fis illius ſentētiæ interpretatio, quorum
*Libro* autem ſan is, inquit Galenus. *Per multis Craſsiſq; fibris re*
*quod ani* *feritus eſt, hæc terreſtrioris naturæ ſunt, iracundoq; ingenio, &*
*mi mo-* *extra ſe ob furorem rapiuntur*. Hoc eſt anima ob inſtrumen-
*res, c. 7.* torum ſiccisſimam temperiem ab atro humore compa-
ratam extra ſe rapitur in alienationem, cum cerebrum,
aut totum corpus talem adepta ſint temperiem, vt ipſe
*3. de lo-* alio dixit. *Excándeſcentia namq;* procedit Galenus calorem
*cis, 7.* ſuſcitat: *ſolida vero caleſcentia pluſquam humida calefaciunt, fi-*
*bræ autem ſolidæ terreſtreſq; ſunt quare veluti fomites in ſangui-*
*Com. 1.* *ne fiunt & feruorem in humoribus concitant, ideoq; Tauri, & apri*
*ad Coac.* *furentes iracundiq; ſunt, horum enim ſanguis fibrioſiſſimus eſt.*
*libro 3.* Pulſus in hipocrondris aut perturbationem, aut deliriū
*ſect. 2.* notat, dixit Præceptor, & in epidemijs vena, quæ in cu-
*tex. 13.* bitu pulſat furibundum oſtendit. Sed addit Præceptor,
*Lib. 2.* ſi oculi crebrius moueantur; potentiæ deprauatio, mor-
*epi. ſect.* ſus acris humor, & mentis turbatio omnia calorem ſic-
*2.*
citate

citate effrenem indicant dicit Iacocius: morſus autem 6. Epide
humorem, ſubſtantia tenuem, aerem & calidum: vnde miæ ſect.
ſputi ſuppreſsio mouet inſaniam, non à ſolis vaporibus, 1. text.
dicit Iacocius, niſi ex billioſi humoris fiat in caput tranſ- 3. 2. epi.
latio per metaſtaſim. Et hæc alteram ellucidat ſententiã poſt me-
facies rubra vehemens inſania, plenum enim caput cali- dium.
dis vapore, & materia oſtendit, dicit Olerius, quæ vel Tex. 29
vitellinæ bilis ſunt admodum rufæ, vel ſanguinis inbi- & 51.
lis confinio, á quibus vehemens illa inſania metuenda. Com. 1.
Ac ideo lupum Marti ſacrum veteres, meo videri dixe- ad lib. 6.
runt: quia calidiſsima, & ſicciori temperie ſæpe furit. coacarũ,
Vnde Lycantropia, hoc eſt, Lupinus furor ab hac dictio ſect. 2.
ne Lycos Græcè hoc eſt lupus, canis præterea fuit, & tex. 12.
Marti ſacer, quia, vt Pauſanias ſcribit natura eſt omnium Lib. 3.
domeſticorum animalium ferociſsimus. coacarũ,

Hoc etiam regionis ſitus confirmat, qui ſi ſiccus, & ſca ſect. 13.
lidus eſt tales producit homines, vt inter ſymbolica con tex. c 45
tineantur producens & producta natura. *Vbi ſterilis regio* V men.
*eſt* (dicit Galenus) *ſitu altiori munita hyeme niuibus pulſa æſta-* de imag.
*te ſolis radijs exuſta homines ibi duros, graciles, validos, hirſutoſq;* fol. 280.
*conſpicies, & ad agendum celeritas & vigilantia in hac natura* Libro
*eſt, ſuperbi præterea mores atq; iracundia, & propriæ ſententiæ per* quod ani
*tinax defenſio; iſtos etiam eferaciores, quam humaniores, acutio-* mi mor.
*res, & perſpicaces, necnon ad res bellicas præſtantiores inuenies* cap. 8.
*efeminat animos nimia amenitas* [dixit Seneca] *quamlibet vi-* Epiſ. 83
*tam iumẽta patiuntur quorum durata in aſpero vngula eſt: fortior*
*miles ex confragoſſo venit: nullum laborem recuſant manus, quæ*
*ab aratro ad arma transferuntur in moli paſcuo ſaginata cito con-*
*teruntur: in primo puluere defficit vnctus & nitidus.* Ac ideo
Cyrus Perſis in bello educatis commutare regionem aſ-
peram, quam habitabant pro amæna, & fertili, prohibuit
dicens plantarum ſemina, & hominum mores ſolum
æmulari, vt refert Plutarcus in apotegmatis, & ideo Fol. 173
Xerges Babilonijs à fide defficientibus ſibi imperauit,
vt poſt reductionem pſalerent, canerent, & Lenocinij,

& cau-

& cauponas exercerent, & in luxu viuerent; vnde orta paremia equitandi peritus ne cantet, vel hanc propter rationem Plato pueris ante vigeſimum ſecundum annum, vt à vino cauerent lege mandauit, cauſamq́; annectit in hunc ſenſum, quod videlicet ignem ſuper ignem in corpus animamq́; antequam labores capeſſere incipiant, inducere non conueniat, atq́; ita iuvenilis habitus in furorem rapiatur: poſtea vero ad trigeſimum annum mediocre concedit: à vinolentia tamen penitus abſtinere iubet: at quadraginta iam annos natos in cõuiuiis epulantes, vt Deos invocent, & Bachum præcipue conſulit, vt ſeniorum ſacris Luſsibuſq́; interſit. *Vinum enim*, dicit, *animæ tanquam tyranus quidam imperat, nam ſi ſemel in corpus intrauerit* (dixit Galenus) *gubernatorem impedit quominus, vt decet nauis gubernacula dirigat: milites ne modeſte in acie ſe gerant.* Et ideo Lacedemonij cum ad conflictum iuuẽdum erat, milites muſica conſonantia demulcebant. Conturbat iudices cum iuſtos eſſe oporteat, ab errare, & omnes Principes vitioſè dominari, nihilq́; ſani imperare cogit, multum enim praui ſucci animi actionibus officiunt, boni verè eas illæſas, tuentur. Bachi ſenioris effigie hoc voluit antiquitas adumbrare, ideo ſenis, ac interdum iuuenis effigiem, antiquitas dicauit, dixit Diodorus, quia prior eius effigies, vinum ſupra menſuram hauſtum indicabat, homines terribiles, feroces, & iracundos reddere: Poſterior vero mediocri vino delibato homines hilares, & iocundos efficere. Cornua in fronte in quadam eius imagine antiquitas impoſuit, vt refert Diodorus, Perſius, Catulus, & Muſonius, ac vltimo Marcianus Capela, quia per illa ſolis radios voluerunt intelligi. Alij tamen audaciam, & furorem, vt voluit, Vincentius, quem largo vini potu homines contraxere, vt Feſtus adnotauit, Philoſtratus, & Porphirius, ac hedera ideo in ſertis eius effigiem adornari, quia vt ſcribit Plutarcus herba iſta talem virtutem poſsidet, vt mentem de ſua ſede deijciat

*In Thimeo, & Dial. 2. de leg.*

*Li. quod ani. mores ex Pla. ſen. Plutarc. de temp. iræ.*

*Libro de imag. Deorum Bachi. Imag. fol. 280.*

deijciat & furore quodam compleat, vt abſq; vini potio ne homines reddat ebrios, ac mente de volutos occulta quadam virtute, quod vel inde coijcitur, quod libidinem furioſo concitet appetitu, & propterea qui Bachanalia exercebant, ſertis ex hedera ornabantur; vt etiam Plutarcus refert, inde nata paremia ſine Bacho, & Cerere friget Venus.

Ad hoc etiam aſtra conducunt, nam facundi naſcuntur ſub Mercurio, ſub ſole ſapientes, furioſi ſub Marte, & ſub Saturno triſtes, ſub æſtate cauſones, & phrenetides, ſub Torrida Zona aduſti homines, licet illam inhabitabilem dicat Ariſtoteles ſuper aſſato, & aduſto ſanguine, ac bilioſo ſucco furores & maniæ ſeu in capite, ſeu in toto corpore generetur, vt expreſſit Galenus, macri hirſuti, & nigri citius incidunt in furorem, ad hoc poſtea ſymbolicam induxunt naturam flaui laboribus vigilijs, & ſolicitudine, educati: victus, et omnia, quæ ad ſiccitatem conſpirant, primo natura reddunt homines ſapientes, ſi metam non excedant, hac vero ſupergreſſa ad furorem diſponunt, aut maraſmū; vt citato loco Galenus adnotauit: *Et ideo prudentiæ nocère*, dixit, *vina calida, & ipſam acuere theriacam*, in moderata illa, hæc vero moderata ſiccitate, ſeu in cerebro aſsidua caliditate, ſanguis aut vtraq; bilis aduratur, ſeu præcordijs reddatur præaſſata; innumera eos vexant inſomnia interdum importunæ vigiliæ monſtroſſæ, et in explicabiles cogitationes, vt plerią; ex melancholicis omnia liquida, vt venenum aufugiant, vt hydrophobi, quod etiam adnotauit Galenus, et alibi atra bile ſapientes abundare.

*3. de loc. 7.*

*1. prorrhetic. com. 1. tex. 1. 3. de locis, cit. li. de med. ad medijs, de theriaca ad Pyſ. 16.*

*Cit. de mel. de natural. facul. 9.*

Hæc et plura ſapiens phiſonomia architectatur, nam animi mores corporis temperaturam ſequuntur, quinimo, et inſtrumentariarum partium figuratio, animi moribus conueniens ſecundum ipſum Ariſtotelem efficitur: ſed ea tandem, quæ ab Ariſtotele primo de animalium hiſtoria ſcripta ſunt, audiamus, faciei autem ſub

cinci-

cinci pīre pars, frons eſt, quibus vero hæc magna ſegnio res, quibus parua mobiles, quibus lata facile mente alienantur, quibus rotunda in iram propenſi. Haud Paulo infra procedit, ſupercilia ſub fronte ſunt, quæ ſi in rectū protenduntur, lenes mores ſignificant: ſi iuxta naſum in curuantur, auſteros, et acerbos indicant: ſed ſi ſecundum tempora declinant, deriſorem, diſsimulatoremq́; ſignificant, ſi vero in totum demiſſa inuidiam ſubeſſe notant communis præterea ſuperioris, inferioriq́; palpebræ, locus, anguli ſunt, duo iuxta nares, duo iuxta tempora, quibus ob longiores adſunt, maleficos mores notant, quibus breues, melioris animi ſigna ſunt, quorum autem iuxta nares anguli pectunculos veluti carneos habent ſceleſti animi eſt inditium, ſupercilia detracta inuidiam notant, oculi candidum omnibus ſimile eſt, nigrum vero euariat, ſecundum quod mores poſsidet, quibus cæſium et fulvuum improbi, quibus caprinum boni, deinde oculi aliqui parvi, mediocres et magni; parvi audaces mediocres optimi, quibus extant ex ſerti, et conniuent nimis imprudentes. Alijs teſtantur inconſtantiam (licet locus diminutus in antiqua verſione, nunc reſtitutus ſit] reconditi acutiſsime cernunt, mediocrem ſitum obtinentes optimum nimum præ ſe ferunt, aures exiguæ vitioſum animum notant: morum optimorum ſunt mediocres: magnæ vero, et immodicæ, arrectæ ſtultitiæ, et garrulitatis indices. Hæc omnia in primo de animalium hiſtoria ſcripſis Ariſtoteles.

STA-

# STATIO VIII.

## *Per phrenitidem moritur, quem necat ſapientia.*

*VITVPERARE rem inſanabilem, & errore longe prouectam nullo modo iucundum, interdum vero neceſſariũ eſt*, dixit Plato, hæc praua ab orbe condito hominibus conſuetudo emanauit, vt magna ab hominibus procedere prorſus iudicent impoſsibile, quod cum homines primitiui agnoſcerent, illa ſumma vanitate, à Dijs accepta tradidere, vt fere à mundi principio, hoc exemplis ſuffultum inveniamus. Regem Minonem leges ab Ioue potẽtem, et hominibus ſub Hamone tradentem, Plato introducit: et Tullius Scipionem ab Ioue Magiſtro ad remp. acceciſſe teſtatur: Numa Pompilius legibus ab Ægeria datis ciuitatem guvernauit. Moſes legem á Deo accepit, vt ipſi crederetur. Ariſtoxenes Indorum myſteria abſq; diuina regula, quidquam vel priuatim vel publice, recte vel fideliter, vnquam adminiſtrari poſſe non iudicat. Ninus Caldeæ Rex à primo Idolorum patre Bello, legem accepiſſe perhibetur. Vliſem à Centauro Semideo, quibus edocti Ægyptij ſolis Phyloſophis, hiſq; ſacris, non ſolum ciuilis iuris, ſed voluntatis ſceptrum tribuebant nihilq; abſq; diuina quadam inſpiratione intelligi poſſe aſſerebant: teſtis eſt Iamblicus, ac ideo omnes apud illos phyloſophorum libri Mercurij Dei nomine ſunt adſcripti, vt antea dicebamus; ac Thimæus phyloſophiam diuinum domum aſſeruit, vt crederetur Phyloſophiæ. Et ideo Xenophon Cambycẽ introducit, Cyrum prudentiam edocentem, & Philippum, vt Macedonem Alexandrum inſtrueret, quos filij dininis coluerunt honoribus, & ideo Agaſicles Lacedemonum Rex ab Exellentiſsimo Philippo noluit erudiri, vt ab Ioue doctrinam accepiſſe videretur, & hanc propter

*Dial. 3. de leg.*

*Pla. Dia. 7. de rep. l. de iuſt. Dial. 10 de rep. ſequent.*



ter

ter rationem Vliſis animam cum præclare geſta contemni, & parui pendi, videret fertur vltimam ſortem elegiſſe, ac præteritorum laborum memoria, priuati hominis non curioſi vitam induiſſe eamq; vix tandem alicubi iacentem, & neglectam, ab alijs reperiſſe, dicentem, non aliam ſe vitam electuram ob laborum deſpectum, etiam ſi ſortem primam nacta eſſet.

*1. prorriticor. Com. 1. tex. 4. Com. 1. ad lib. 3. Coacar. ſect. 2. tex. 31.*

Eſt ergo per ſapientiam mori, mori per phrenitidem, maniam, aut furorem; *phrenitidem enim ideo* (dixit Galenus) *quia talis eſt affectio, in qua phrenas, ideſt mentem læſſam eſſe videamus*; in qua perijt præcipue cogitatricis actio, vt notauit Iacocius, licet: per phrenas ſeptum Plato intelligat: ideo fortaſſe quia ſepti inflammatio mox, phrenas adducit in conſenſum, quam affectionem, etiam Dianoiam vocant peritiores Græci, & Galenus in exeſi vocum Hippocratis, intellectum ſeu intelligentiam vox illa ſonat, qua vero animæ parte fiat ex ipſa læſſa actione diſces; actio eſt in cerebro, & facultatis, qua reſidet diſcurſus, cogitatio, aut memoria, & ideo agnoia & lete phrenitis, dicitur, vt notauit Iacocius; hoc eſt non agnoſcere familiares, & obliuiſci, vt Apolonio in Abderis, eſt enim agnouia priuatio vel interceptio, vis animæ communis, quæ per reflexionem perpendit, atq; cognoſcit ſpeciem rei præſentis, & obiectæ: lete verò eſt obliuio illius, quæ retinet rerum imagines, & notiones vniuerſales; ob idque illi non agnoſcunt, nec diſtingunt præſentia. Hi præteritorum non meminerunt, & ideo peritiores Græci Leteum obliuiores fluuium vocitarunt, vtpote illius, cuius aquæ potantibus obliuionem inducerent.

*Lib. 1. Coacar. Com. 1. text. 6. & 3. epide. ſect. 3. AEgrot. 13*

*Plin. lib. 7. c. 51.*

Mori ergo per ſapientiam, quod ſit per phrenitidem mori, licet illa, quæ antea recitauimus clarè cõprobent, clariſsime tamen ipſe, qui ęnigma proponit vel ad lucernam Momi confirmat: nullus enim commẽtator clarius, auctoris mentem, quam ipſe auctor aſſequitur. Plinius enim cum inter varias naturæ calamitates, varia morborum

horum recenſet, & exempla, atq; eſt etiam morbus aliquis, dixit per ſapientiam mori, & ſubſequenti capite ſuamet ipſa interpretatur verba. iam ſigna lætalia (incipit caput, quod immediate ſequitur) in furoris morbo riſum, ſapientiæ vero ægritudine fimbriarum cura, & ſtragulæ veſtis plicaturas, à ſomno mouentium neglectum, præfandi humoris à corpore effluuium, in oculorum quidem, & narium aſpectu indubitata maxime, atq; etiam ſupino aſsidue decubitu: venarum in æquali, & formicanti percuſſu: quæq; alia Hipocrati Principi medicinæ obſeruata ſunt innumerabilia enim ſunt mortis ſigna ſalutis, ſecuritaſq; nulla.

Quam varia ſint morborum genera, quam noua quotidie, quam ignota, quam indecibilis pene multitudo, quæ humanam miſere laceſsit naturam, dicat Pherecydes Sirius, qui copia ſerpentum è corpore eius erumpente ſubito expirauit (Mæcenati perpetua febris adſtitit, quem Augusti fælicitas fœlicem fecit eidem trienio ſupremo nullo horæ momento contigit ſomnus. Anti pater Sidonius Poeta omnibus annis, vno die tantum natali corripiebatur febre, eaq; conſumptus eſt ſatis longa ſenecta. Publius Cornelius dormiens oculorum viſum ammiſsit, ſumma vitæ fœlicitas momento cecidit ſubito Chilo expirauit gaudio. Sophocles & Dionitius Ciciliæ Tyranus vterq; accepto tragicæ victoriæ nuntio, mater pugna illi canenſi filio in columi viſo contra falſum nuntium: pudore cecidit Diodorus ſapientiæ dialecticæ profeſſor. Abſq; vlla cauſa duo Cæſares prætor, & prætura perfunctus, dictatoris Ceſaris pater, hic Piſcis, ille Romæ, Quintus Emilius excuſſo police limine cubiculi. Aufidius ofenſo pede, in comitio legatus Rodiorum poſt legationẽ expirauit. Durius Vala medicus ex mulſi potione, vt Aponius Saufeeius ex ouo ſorbili. Homerus non ſolutæ quæſtionis dolore, vt retulit Plutarcus, licet aliter Herodotus. Philemonem in morte

*Plin. lib. 7. c. 50.*

*Cap. 53. ſequẽti.*

*Val. Ma.*

*In Homeri vita.*

excepit riſus, ſicut et Anacreonti quamvis ſtatum humanæ vitæ ſupergreſſo, quem vuæ paſſæ ſucco tenues, et exiles virium reliquias fouentem vnius grani pertinacior in aridis faucibus humor abſumpſit, antiquam exercuit ætatem mentagra vel Tyberij exemplo, noſtram ſcorbutus, et plica, vt laté refert Saxonia et Languius. Quæ fœlicitas has ſupergreditur miſerias, et maxime ſi noſtram ætatem videas nulla perpetua, nec ſolida dixit Plinius, ſi varias rerum cadentias conſideras videbis, quod alius de alio iudicat dies, et ſupremus de omnibus, et ideo nullis credendumq; bona malis paria non ſint, nec lætitia vllo minimo mærore penſanda, heu vana diligentia numerus dierum comparatur, vbi queritur pondus extema omnia fœlicitatem comparant, non faciunt, quinimo nec in tema quod nemo mortalium omnibus horis ſapit. Pſylla fœlicis nomen querit ſed ciuili ſanguine, et patrię oppugnatione adoptatus aſcendit, ô praua interpretatio, dicit Plinius ſuo, et futuro tempore infelix cum Pſyllam nemo nono derit, cum ab inuidia gloriam victam proſcribat. Lucium Metelum bis Conſulem clariſsimo triumpho ciuitas exornauit fœlicitatis exemplo, hanc intercepit orba luminibus ſenectus memorabili cauſa ſed euentu miſero.

Proponit ego Plinius in ſapientię ęgritudine ſigna læthalia in furoris morbo riſum: *deſipientiæ, quæ cum riſu fiunt ſecuriores*, dixit Preceptor, hoc eſt non ęquè cito lethales ac cum ſtudio nulla ſiquidem deſipientia ſecura eſt, dixit Galenus: Minus tamen periculoſæ quę cum riſu fiunt periculoſiſsime temerarię medię cum ſtudio, vt in Sileno. *Deſipientiæ verò ægritudine fimbriarum cura contremiſcere, & ſtulte palpare freneticum*, dixit Preceptor in Coacis ſed in proriticis, *tales deſipientiæ*, valde frenetice, vt notat Mercuriales, & in epidemijs, *nullus phreneticorum vehementer inſaniuit, ſed capite grauati peribant*, hoc igitur arguit, dixit Galenus, virtutem languere atq; threcticam quandam

*Simonides, epig 3. Lucia. in Macrobijs. Plin. lib. 7. c. 6. et lib. 7. ca. 40. 6. Aphoriſ. 53. In Com. 3. epid. ſect. 3. ægrot. 2. com. 2. ad lib. 3. coa. tex. 25. 1. coac. n. 1. prorriti. com. 1. tex. 33. 1. coac. li. 3. tex. 25. 1. pronoſt. 23. 3. epide. ſect. 3. 45. com. 2. ad lib. 3. Coac. tex. 1.*

eſſe

eſſe affectionem phrenitidis ; quæ prorſus mortalis eſt.
Nam á priuatione ad habitum non datur regreſſus , vt
placuit Dureto. Vnde deſipientiæ palpantes, aut, vt ver-
tunt peritiores Græci paſmodes, quia motus in conuul-
tionem tranſit, vt notat Olerius; palpantes hoc eſt tele-
phodes quia abſurde manum dimouent, tãquam aliquid
venentur, vt Dimareo in Coo. Et ideo melius eſſe dixit
Præceptor delirium tremori ſupervenire quam tremo-
rem delirio, nam hoc vltimum extremam necroſim ar-
guit. Hæc omnia aliam Præceptoris ſententiam inter-
pretantur, qui cum immanitate ſinitici contremiſcunt
proximi ſunt morti á delirio tranſeunt ad maniam dixit
Duretus ob cauſæ inveterationem , vt de alcis vxor , & 3. *epide.*
hinc alia elicitur , *Deliria pauliſper ferocia ſcias mexerunt in* *ſect.* 3.
*mania*: à bilis tranſitu ad atram , vt in Eraſino hoc etiam *ægrot.* 8.
Dureto placuit, vnde , *Deliria cum fixa virium exolutione fu-* 1. *coac.*
*neſta, qui cum ſilentio delirant aphoni mortiferum*, dixit Præcep *tex.* 90.
tor; à leui manuum motione elicimus delirium in omni- *&* 195.
moda vocis priuatione , dixit Duretus. *Hinc aphonia , cum* 1 *pror-*
*exolutione mortifera*; in qua ſumma ſunt omnia mentis alie *ritic.* 8.
natæ impotentiæ , & indelebilis fucationis , vnde ſequi- 1. *prog-*
tur pro clamore ſilentium , proiactatione quies, pro ar- *noſticor.*
tuum vibratione leuis tremor , & ſtulta palpatio pro vi- *ſect.* 3.
gilia coma , & cathaphora, vetermoſſa : moroſa Dealcis *text.* 4.
vxor ſub hac hæreſi mentis laborauit , & Eurianiatis fi- 10. *Me-*
lia: quare inſania cum ſilentio aut veternoſſa, aut melan *tha.* 5.
cholica, cum aphonia , ab inſtrumentis conuulſis ; vnde 1. *Coac.*
exthaſis delira fit: cum cerebrum alteratione mutatum, *tex.* 71.
& mens à ſe eſt eggreſſa, & internijs imaginibus rapitur 89.
quas putat eſſe foris: terror, vel inde quod ſpiritus ad in- 99.
tima cordis ſe recipiunt ; vnde triplex ſilentium , vnum 102.
à deprauata mente cum pertinaci animo morem gerit:
ſecundum cum in veternoſſum affectum tranſit. 3. cum
aphonia , animali facultate oppreſſa vel morienti : nam
ideo Præceptor tremulæ, obſcuræ, blandæ contrectabi-

1. *pror-* les deſipientiæ, valde phrenitice: qui ſilenter interdum,
*riti.* 33. & inopinato moriuntur, ſic ſentit Iacocius, ſic Olerius,
*Com.* 1. quod fortaſſe anſam dedit Iacocio, vt tres phrenitides
*ad li.* 2. ſpecies adumbraret, primam ab inchoata, aut palidæ aut
*coa. tex.* flauæ, bilis, alteratione: qua mẽte moti feſtucas carpunt,
30. *com.* & nugantur ſecundam cum maiori periculo cum flaua
1. *ad* 3. in atram tranſit, & ferocire incipiunt acriori feriente
*coacarũ,* morſu, tertiam pro exthaſi conſtituit cum ſilentio & ca-
*text.* 1. taphora; cum pulſu pene languenti, qua vix voces au-
diuntur; quibus ergo cerebrum bilis acrioris ſiccitate
laborat, ab exhauſto, & inde labefactata ſubſtantia, quod
facultas, in officio fatiſcat eſt neceſſe. Vnde tremor alie-
nati cerebri, & fortiter alterati ſymptoma, & potentiæ
vltima alienatio quod haud longe abeſt à morte.

3. *epid.* *A ſomno mouentium neglectum*, tertium mortis ſapientię
*cit.* ſignum, de valde phreniticis dixit Præceptor, ſed alia
quadam cataphora ſegni grauiter peribant, manente
phrenitide, dixit Galenus, mentiſsi quidem vtraq; noxa
eſt, ſed à vigilandi impotentia ad vltimum animali facul
tate languenti, vt in vxore Dromedæ, quæ delirio ſopo-
3. *epide.* rata moritur, & in Hermocrate, qui á ſomno delirant di-
*ſect.* 22. xit alibi grauiſsimum habent malum, etſi adſit ephidioſis
*agro.* 11 ſpumante vrina: nihil æque naturæ conſociale dixit Du-
*c. coacar.* retus, quam illa quies quæ deno diuum gratiſsima ſerpit
*tex.* 88. ita nihil eſt æquè peſtiferum, quã moleſta; ſomnus enim
*In com.* recreat, inſtaurat, reficit, & pepaſmo manſueſcit, inde à
ſomno ceſſat phrenitis, ſic etiam eſt mirabile quantum
illa principijs trium facultatum labem inferat, quantum
naturæ præſidia labefactet: de hoc celebres extant in
Præceptore ſententiæ, qui ergo à ſomno ferociunt mo-
deſti prauum: propagationem arguit cauſæ phreniticæ,
7. *epide.* in cerebro dixit Duretus ſi negligentes lethargicæ, vt
52. negligentes lethargicæ, vt Hypiæ ſeroris, aut Typhoma
nicæ; & velut in habitu, cum altas iam geſſerit radices,
vt in muliere quæ apud frigidam in Thaſo ægrotabat,

quæ

quę comatoſa iterum delirauit, ac poſtea breuiter obijt:
hinc tremor delirio ſubſequitur, & delirium cum ſopo-
re, vt ſubſequenti ſententia dixit Pręceptor, turbulente *3. epide.*
& feroces excitationes à ſomno delirium afferunt, dixit *ſect. 3.*
Hippocrates: pravo ſigno Iacocius: in ſopore delirium *AEgrot.*
dixit alibi convulſionem affert, lethargus coma, & typho *2. text.*
mania dixit Iacocius á ſanguine aut pituita in principio *89.*
minus periculi indicat in fine ſi coma ſuccedit phreni- *Com. 1.*
tidi mortale eſt. Vnde concludimus, quod phrenitici aut *ad lib. 3.*
fiunt comatoſi per inveterationem phrenitidis, aut per *coacarũ,*
cerebri exolutionem lęthaliter, aut per ſoporiferę cauſę *text. 7.*
mixtionem grandi periculo vt Galenus advertit. *& 9. ſe-*

*Quarto præfandi humoris à corpore effluvium, in cauſone* (di- *quenti.*
xit Pręceptor) *ſi alvus profuſſe feratur mortale*, paret vtrobi- *3. epide.*
q; diſtemperies, hoc habet phrenitis amplius, quod ad *ſect. 3.*
partis nobiliſsimę opreſsionem, vehemens ſequatur re- *conſt. 1.*
ſolutio, quotieſcumq; enim, dicit Duretius ad partis bil- *1. Coac.*
liſsimę oppreſsionem, & eretiſsimum accedit perennis *tex. 131*
morbificę cauſę generatio, & excurſus ſymptomaticus,
male eſt ęgro in deſperationem ſalutis, vt in Sileno, & *3. epide.*
Apolonio, & maxime ſi accedat maligna vis: vnde ſi deli- *ſect. 3.*
rio grauiſsimo ratione partis eſſentię, & cacoëtię acce- *AEgrot.*
dat iecoris cocopragia, aut morticinium, vt in Pario mor *11.*
tiferum ſanè eſt: ſi ergo ſub hac debilitate fluxus ventris
adveniat hoc erit ad perniciem: eſt enim, vt ſignum &
cauſa malum; ſignum invaleſcentis morbi conſpirantis
ad exitum cauſa conflagrante ex ardore viſceris, quę
prius non extinguitur perenni bilis generatione, quam
viuacitatem, & vicinum nectar extinxerit: hoc enim fe- *1. prorr.*
re ſemper accidit ex hepatis atonia, vt in Apolonio, cum *ſect. 1.*
ipſe proprium tędet officium, aut liquante calore cor- *text. 2.*
poris carnem, et adipem, quod fere reſpiciens Hippo- *Com. 2.*
crates belle dixit ventris valde rubens: *profluuies mala qui-* *ad li. 5.*
*dem omnibus, phreniticis vero peior*; ob eandem ſane cauſam, *Coacarũ,*
*comati ventris profluuium malum, dixit Præceptor*; quoties *tex. 39.*
enim

*tit. de excrem. ad coac. cap. 1. text. 52.*

enim dicit Iacocius ad graue malum principij viſceris aliud accedit deterius, et ſimul, et ſeorſim malum eſt, hoc enim hepar exolutum cerebrum illud oſtendit, et Duretus ad illam Preceptoris ſententiam, quę in memoribus fluunt vrinę peſtiferę imo mortem in propinquo eſſe denunciant dicit, ſicut lethargicis, et phreniticis deiectiones iniuſſę, et liquidę ſunt magis terrificę ac deſperatæ ſalutis, ſic etiā profluvies alvi prę rubra periculoſum coma reddit funeſtum, nam vitio animalitatis accedit cſæta vis, ęconomię naturalis, quo autem plures principatus in vitio ſunt eo res ęgri peius eunt lethargici contremiſcentes, dixit Hipocrates, ſi alvus profuſſe feratur non euadunt: ſub hac vltimo phrenitidis ſententia omnia fere ſigna lethalia comprehendit, *qui cum exthaſi exceſſus inquieti oculos circumagentes, ac ſpiritum ſublime ducentes, mortiferi, quin etiam furioſi euadunt, quibus autem alvo turbata ex acerbatio eſt, ijs fere ſub criſim nigra ducuntur, &c.* Exceſſus ſunt phrenitici, dixit Duretus, & ſilentium illud non culpa linguæ accidit ſed impotentia voluntatis, quæ pertinaci animo morem gerit vt in muliere Cyzici; exthaſeos furioſa, vt in Dealeis vxore, oculos circumagere erroris opinione accidit in mente viſis mendacibus atræ bilis illuſa, quæ etiam ſtultè palpare cogit vel incuſſo motu, pene inviti aut ſponte ſua aut in decore, dementiæ ſigno, eſt enim quæcumq; actio inſueta in dementiam, vt in Didone in Æneam furibunda, Poeta memorat.

*1. coac. tex. 145*

*1. coac. cap. 24. tex. 4.*

*3. epide. ſect. 3. ægrot. 14. Hiſt. 15. ſequenti. 6. epide. & 6. coa car. c. 6. tex. 13.*

*Huc illhuc volvens oculos totumq; pererrat*
*Luminibus tacitis.*

Inſaniæ enim ſigna primo lucent in oculis, vtpote, qui proxime adſunt à cerebro, quibus autem ex his alvo prorupta ab efera bile exceſſus melancholici, ægreſio fit ad inſaniam, & inde grauiori periculo deiectionibus nigris alvi feruntur, quod eo natura, & humor curſum inflectat: *ſicut ſputatores fanatici nigra vomunt*, & ideò ſub criſim, ideſt ſub finem vitæ, dixit Duretus cum in propin-

quo

quo mors eſt talia accidunt; nunquam enim feruntur 1. *Coac.*
alui nigris excrementis quin peſsime ægroto ſit, morbi *tex.* 107
principio aut vſione progreſſa; eſſent potius expeten- 2. *coac.*
dæ varices aut hemorroides, nec eſt nouum criſim inter *cap.* 20.
dum pro exitio vſurpari, teſtis eſt illa alia ſententia præ- *tex.* 14.
ceptoris lingua quæ multum nigreſcit 14. die criſim fo 4. *aphor.*
re oſtendit vel exitium ægri denuntiat dicit Duretus. 22.

*In oculorum, & narium aſpectu*: & quintum erit mortis 23.
ſignum in ſapientiæ morbo: recte omnes oculos primos 24.
omnium interire, & ſeneſcere dixerunt veteres cor vlti- 2. *Coac.*
mum; oculi enim vt valent, inquit, Hippocrates ita, & *cap.* 7.
totum corpus, quin etiam, & animi affectus primo indi- *tex.* 1.
cant, cute nudatus eſt oculus, & ita mundus, & molis, vt 6. *epide.*
vitri inſtar contentum colorem latere non permittat, &
à Diaphanis ſpiritibus ſplendet, ob idq́; omnium, qui in
corpore verſantur humorum tum cerebri, tum faculta-
tum paſsiones primo experiuntur monſtratq́; primo:
deliquia & facultatum robur, & debilitas in oculis le-
guntur, mæſtitia, & furor in oculis apparet: iram oculus
repreſentat, merito ergo dixit Plinius: *in oculorum, & na-* *Com.* 1.
*rium aſpectu furoris ſigna indubitata maxime*; quibus exertio- *ad li.* 4.
culi, liuent apud Senon ſunt dixit Præceptor in coacis, *coa. ſect.*
& epidemijs oculi ferox ſplendor delirij ſignum Iaco- 2. *text.*
cius: à bilis incendio in cerebro lucent oculi certiſsimo 26.
delirij præſagio, oculi enim propter viciniam neruo-
rum, & membranarum vaſſorumq́; communionem pri-
mi cerebri iniurias perſentiſcunt, propter ſplendorem
vero humorum vitia repreſentant conſpicuè, ac inde vt
cerebri inflammati vitia in illis ſeſe prodant feroces
oculi non ſanæ mentis ſunt, atonos, & immoti exthaſis 2. *Coac.*
furioſæ, aut catalepſis horridæ, quibus addit Galenus, *c.* 6. *tex.*
certius ex ferocitate delirium præmonſtratur, *in oculis* 4.
*praua ſunt*, lumen refugere aut illachrimari aut diſtor 7.
queri, *oculorum aciem huc illhuc vertere, alterum altero mino-* 11.
*rem fieri, atones, & exthaſeos, aque prauum nigrum diminui, &* 12.

 *ſuperiori* 13.

1. Prog. ſuperiori ſub palpebra occultari: hæc omnia, dixit Duretus,
noſt. 10. aut extrema necroſi per reſolutionem comparata con-
11. 12. vulſione aut colliquatione in acutis certiſsime contin-
Com. 2. git, ſi aduentitiam vel naturalem oculi conditionem ex-
ad Coac. cipias: attamen ſi virtus imbecilior non mittatur, ad ocu
ſect. 2. los, quod alia oſtendunt ſigna hoc erit deploratum, illa-
tex. 39. chrimari enim aut triſti cogitatione fit nullo periculo
com. 1. aut in delirio, vt in Dealcis vxore cui modo lachrimæ,
libro 1. modo riſſus. Ob natiuam humiditatem illachrimant alij
ſect. 2. extincta vi alterante, aut ſecernenti, alij quod planè fu-
tex. 35. neſtum erit in retinendi angulis reſoluta; incolumi ce-
& 36. rebro minus malum, neq; formidabiles lachrimæ, ſi in-
3. prorr. flammatione oculorum deſtilatione aut copia premente
44 com. fiant, vt ebrijs aut hemorrogiam ſperantibus; hoc enim
1. ad lib. modo Hippocrates in epidemijs prognoſticis, & apho-
2. coac. riſmis lachrimas per voluntarias, & in voluntarias diſ-
tex. 38. tinguit in acutis, aut ſponte naturæ, oculos etiam diſtor-
lib. 2. cō. queri in vehementi convulſione pravum, nec ita á muſ-
1. 39. 4. culi reſolutione, aut epilepſia, ſub hac cenſura erit ni-
apho. 49 grum occultari, oculi foras ebibratio aut concretio, coli-
com. 2. quationem legerunt alij oculorum cauitas, nec dilatari
ad 3. coa. pupilam, variare colores, eſt enim rubor à ſanguine, pa-
tex. 28. lor à bile ab emoriente calor, è luteus color, exiſtit, à fri-
& lib. 3. gore pallet facies, ijs omnibus conſuetum, & naturale
com. 1. excipias; phreniticis colligant oculi obverſis imaginibus
25. com. ac deluſo obiecto, ac pleraq; videre credunt, vel obſcure
2. lib. 4. á quibus terrentur vel exiliunt prauo ſigno; ſi hoc non
tex. 20. diſtinguit hemorragia, vt Præceptor advertit, obſerva-
& lib. 1. tumq; eſt in hepatis, & pulmonis morbo exitiali dex-
com. 1. trum aut ſiniſtrum oculum emarceſcere, vt advertit Ia-
ſect. 2. cocius, liuor autem in oculorum alvo ſemper caloris ex-
tex. 29. tinctionem notat refrigirato ſanguine cum ſpiritu aut
1. de loc. intercepto niſi quando fit tranſitus à nigro in album, in
1. & 2. cuius medio abſq; vllo periculo liuor accidit; at vero in
3. prorr. febribus, cum facultas per ſe ipſam laborat, & varia ce-
tis.

rebrum

ꝛebrum ſymptomata invadunt aut phrenitidis prænuntia ſunt, aut confirmati iam in mortis ſignum quando remiſſo iam certamine natura expugnata in morbi vincentis obſequio ſatiſcit, *oculorum atrophia aut vehemens ſocius ebitratio mala*, dixit Præceptor: hæc enim ſpiritus, & caloris marceſcētis eſt inditium, & illa furioſi ſeu iratorum exemplo dixit Iacocius, eſt enim ira, vt Democritus ait furor breuis, quod etiam Plucarco placuit, cum tota vis ſanguinis, & ſpiritus rapitur in caput, inde feruor in cerebro quovi in oculos pelluntur ſpiritus ad quem impulſum oculorum ſequitur ebibratio; quibuſdam non ebibrant, ſed exthaſeos in cathocum exerti furorem adornant melancholicum, quo enim it anima, & ſpiritus feruntur, quod & monſtrat mæſtitia, vbi concident oculi; quia ſimul cum anima ſpiritus ad ſua principia revocantur econtra ac geſtiente lætitia, in phreniticis vero incitata vis animæ ſpectris quibuſdam foras mittitur atque ita ſecum rapit ſpiritus infortiorem euibrationem, vt quibuſdam prognoſtici codicibus clare legitur, vbi additur ſcintillans euibratio, ſpiritus enim motu incaleſcit, tenuiorq; redditur, ac proprius ad igneam naturam, quiq; quo feruet magis eo mouet, & mouetur celerius multus ergo, & motus, & in conum actus, atq; in anguſtias pupilæ irruens vehementer illiditur, quo ſcintillas emittit, hoc cauſam dedit Platoni, vt oculos igneos appellaret, & æthereos dixerit.

*Lib. I. coa. ſect. 2. text. 37. & 38.*

*Lib. de tempera tion. iræ.*

*Atq; in ſupino aſsidue decubitu.* Hoc ſexto proponit Plinius prophrenitidis mortalis ſigno, & vere, ſane, nam, *ſupinum iacere ſignum eſt reſolutionis*, dixit Galenus, & ideo Præceptor vtrumq; damnat, & ſupine iacentem, & hiantem in ſomno; *ſupinum vero iacere, manibus, & cruribus extentis, minus bonum*, dixit Hippocrates, ſed eam periculo Galenus: magis vero ſi ad pedes dilabatur, exitioſſum autem, & hiantem dormire, quod fere eadem figura fit, & ideo ſubſequenti ſententia, *& crura ſupine cubantis admodum*

*2. de mo tu muſ. c. 4.*

*1. prog. 14. 15. 17. 18.*

1. prorr. dum reducta, distinctaq; esse, ſupine exitioſum eſt; itaq; ſoluta
ſect. 2. animæ poteſtate, dixit Olerius, graue corpus in indorſum
11. ſum iacet, proiectis cruribus, & manibus ad pedes de
Com. ad volvitur vel extante mento, et gutture caput in poſte-
li. 5 coa. riorem partem recidit, vel quaſi annuens clauiculis in-
tex. 39. cumbit, hæc autem omnia grauitas corporis invehit, aut
exoluto ſpiritu aut deſipata animæ poteſtate, quod cum
Com. 1. accidit deſperatio vitæ eſt, quid enim aliud eſt vita quã
ad lib. 7. firma animæ, & corporis copulatio? Iacocius cum illam
coa. ſect. ſententiam exornaret: ſupinum iacere inquit pleriſq;
2. text. commoditates habet & fatigatis ex labore debilibus, &
28. calculo vexatis: damnat cæteris decubitum quia inter
29. ſpirandum muſculi toracis plus laborant; cerebri mor-
30. bis nocet. Vnde epileptiæ, & incubi frequens cauſa, &
iſtis minus bonum exhauſtas vires atterit niſi aut con-
ſuetudine, aut mærore, aut acceſsionis vehementia, aut
in ſigni evaquatione, ita iacet vel minori periculo, ſi ve-
ro ex impotentia aliam non poſsit adipiſci figuram gra-
ue malum, ſed iſtis proiecta membra, et caput pronum
delabitur, facultatibus vitali, et animali deiecta, integris
reliquis, non ita metuendum, ſi vero à delirio indeco-
Lib. 1. rum, quare Galenus ſic diſtinguit, vt ſupinum iacere
de hum. minus bonum, decliue, et ad pedes provolvi graue ma-
lum: mortiferum vero, et hiantem dormire: quia hic mo-
tus fit ceſſante omni muſculi actione propter infirmita-
tem, et non per illectionem aut molitiem, aut conſuetu-
dinem ægri, in hac enim actione membri motus ele-
mentaris ita invaleſcit, vt corpus totum plumbeum vi-
deatur, quod nec minus pernitioſum erit in obſcuro de-
lirio, in quo videntur ſurgere, et corpus erigere, et niſi
cohibeantur mox excidere, ex quibus convaluiſſe nemi-
nem vidit Olerius, et hiantem dormire copulauit Celſus
quaſi hiatu, et ſopore moriantur tales: vtrumq; legit ſe-
paratum Galenus in prognoſtico, tamquam primum
ſufficiat, nam hiare ſummam debilitatem animalis fa-
cultatis

cultatis demonſtrat vel ingens cordis incendium , vel (quod minus malum) peculiarem muſculorum reſolutionem, vt advertit Iacocius.

Inſuetis, dicit Galenus , indicat delirium , quod ex ſe grauiſsimus affectus eſt, et lethalis, cauſam vero ſub eſſe oſtendit, dixit Duretus, curita ſit, portantis ſcilicet infirmitatem , et facultatis et corporis exolutionē hoc enim vox Græca ſonat ſi æger grauior admodum videatur, tum manibus atq; pedibus, id multo periculoſius ipſum habet , vnde verbum illud indecorum nec minus terret medicos quam idiotas , quia talis collocatio mali eſt hominis vel in vita vel iniuſſa, ob eamq; cauſam eſt indecora, tanquam decori negligens, quod eſt ipſius ægri coacti dementis aut impotentis, hanc alia elucidat ſententia in prognoſtico , oculorum caligo, album vè rubens, aut liuens aut nigris obſitum venulis indecorem, vbi illud indeconum , pro læthali á Galeno indicatur à Dureto , et Iacocio ob inſanabilem cauſam. Sed altera hanc claudit hiſtoriam ſententia, qui dormiendo efflant, et arctus aut proiectos aut retractos habent, conniuentq; oculis male habent: quo quis naturalius decumbit, dicit Duretus ſit mis naturæ præſidijs vtitur, ita ſi pronus iacet aut ſupinus opinionem facit grauioris morbi effætarumq; viriū aut delirij quod eſt per ſe vnumquodq; malum , quin etiam, et ſola ſtomachi ſupinitas magnam indicat reſolutionem aut impotentiam grauiori periculo. *Tex. 30. ſequenti 1. prog. 18. Lib. 3. coa. trac. 1. text. 10. 11. 12. In com. 1. Coac. 52.*

*Venarum inæquali ac formicanti percuſſu*: hoc vltimo proponit Plinius pro ſapientiæ mortalis ſigno ; phreniticorum pulſus cum Galenus obſeruat paruus, durus creber et celer eſt, inquit, interimq; ſubtremere tibi videtur, interim præciſſus cum convultione , interdum arteriam ſua ſede deſertam conſpicies attolli etiam cum vibratione ebulientem pari modo de labi detractam potius, at vero in modica eius crebitas proximam denunciat ſincopam: quod ſubtremere facultatis ſit ſignum imbecilli- *4. de cau ſis pul. c. 14.*

mæ,

mæ, ab imbecila enim facultate oſtendimus oriri cre- *2. de cauſis pul. c. 3.* britatem, nam dixit alibi qui permanent in extrema crebritate neq; omnino recipiunt ſeſe, vt formicantes languidiorem oſtendunt in ijs facultatem eſſe, ſi prorſus deficiunt ad vltima ventum eſt ſi in vltima ſenectute depoſitos excipias: hoc addit ad tirones Galenus; *Cap. 11.* invenies etiam inæqualitatis impoſitu genus inſigniter aliquando in illo apparere: imo totam ſubinde arteriam à ſua ſede motam conſpicies cum vibratione; ſed vltima crebritas, vltimam extinctionem indicat, & viuifici nectaris necroſim vltimam: vndoſo pulſui ſuccedit vermicu- *Lib. de differen. pul. 16. & 17.* laris, dicit Galenus vermiculari formicans vterq; inæqualis, & vndoſi vna ex cauſis eſt imbecilitas vermicularis, hac adaucta progignitur, vnde cum ad vltima debilitatis ventum eſt fit formicans: ab hoc enim non datur progredi, niſi ad deficientem, quem extrema fati excipit *2. de cauſis pul. 8.* infœlicitas, hoc enim Galenus de formicanti dixit, eſt mire parvus, quod haud eſt minor alius iuſtaq; languidiſsimus plane, ac creberrimus, etſi reſpirationi pulſus reſpondet ab eodem principio cauſa deducta delirium cum reſpiratione minutula citam mortem oſtendit vt *1. Coa. 24.* Præceptor reliquit poſteris, cordis actione ad vltimum debilitatis deducta ſine inſtrumentorum læſione citam mortem oſtendit, concidere autem in phrenitide, vel monſtrat, quod dum valet tarda eſt & rara, vt idem Galenus dixit cum vero fatis cedit fit minutula, quoniam crebritate neceſsitatem ſuplet; vnde quando vitium nō prodit antequam partes effectæ langueant ex diutina morbi ſicarum cauſarum impreſsione ſi ex illis ſint, quæ noſtrum corpus guuernant iam vitium indeploratis eſt, vt quotidie experimur, bene ergo deducitur à Plinio ex venarum inæquali, & formicanti percuſſu in ſapientiæ morbo mortale ſignum, & à noſtra demonſtratione vniuerſa Plinij ſententiæ interpretatio, cætera phrenitidi mortalia ommittimus [ſi aliqua ſuperſunt] noſtri enim

inſtituti

inſtituti non eſt omnia percurrere; ſed Plinij ſententiam explanare, quod ſi non adimpleuimus alij quicumq; velit lampada traddimus.

Vitia noſtra excuſamus ætate aut obligatione: *Quid nos decipimus* (dicit Seneca) *non eſt extrinſecus malum, intra nos eſt in viſceribus noſtris reſidet, & ideo difficulter ad ſanitatem pervenimus, quia nos ægrotare neſcimus, nec quærimus quidem medicum;* nullam habet ſpem ſalutis, quem virtutis faſtidium ad intemperãtiam hortatur, hunc varie iactat Aliſmus, *ac inde ab homine, homini quotidianum periculum, nullum malum frequentius, nullum pertinacius*, nullum blandius, tempeſtas, *minatur antequam ſurgat*, hominum effigies habent animos ferarum, vt Harpiæ, illas neceſsitas cogit, homini perdere hominem libet, humilem diſcamus phyloſophiam (vnde aut ex quo tanta vanitas) licet ſapere ſine pompa, ſine invidia, & ſcalas ſuper alterius honorem inſtruere, eſt ſibi climacteras parare, quando aliena detractio non addit ſapientiam, imo ſiqua eſt minuitur prudentum arbitrio, contumelias etiam contemnere, docuit moralis ſapientiæ magiſter, velut à pueris iocos, demen tia eſt enim, ijſdem modo delectari modo offendi, quis enim phrenitico medicus iraſcitus! Clarus Cato, & hominum ſeveriſsimus Portiæ familiæ Princeps optime de rep. meritus is quadraginta quatuor vicibus in iuditium delatus eſt, ſed totidem victor euaſsit.

*Epiſ. 50*

*Ep. 103.*

*Lib. de conſt. ſapientis.*

*Solinus de mira. mũdi, c. 6.*

Theſeus Antitheſeus, & feralia deferãtur ad iudicem nonne eiuſdem ordinis ſunt? Lingua eadem, eadem eruditio, modeſtia haud abſimilis, nec ſtili ſuauitas, par ſubſtantia, nec impar diſpoſitio, quis ergo Author? Poſteriorne induit prioris animam Pythagorice? Theſei Auctor vnus, alter Antitheſei feralia fortaſſe duxit alter? Similis nec alterius ordinis in omnes conſpirauit ſpiritus? Facilius eſt, in omnia eundem conſpiraſſe: hoc ſane argumentum ſolutionem, non patitur: ſolatium erit edepol grauiſsimos huius & præcedentis ſæculi viros pari

*Epiaceos Gr.ec.moderatis hominis genium eſt.*

temeritate, nec imparem paſſos fuiſſe calumniam, operibus reſpondet artifex non verbis, vt ſub homine Epiaccos nomen mereatur haſtam, & caducam ad te, mitto belli ſigna, & pacis vtrumvis ellige: hæc accipe dũ è tempeſtate Agonautica Iaſſonis medicinæ emergit.

[.t.]

# CENOTAPHION ſepulcro Antitheſei deuotum.

*Hic iacet liuor pedem ne abſiſte viator*
*Lege, & luge non quem premit numen,*
*Sed quem torquet inuidia.*
*O graue ſupplicium.*
*Nihilo faciẽtẽ adſpice rubore duplici mulctatũ*
*Iuſte ſcelus immane, manibus pœnas luit.*
*Si te pia recepit humus*
*Sit tibi terra leuis.*

## *SVB CORRECTIONE SANCtiſsima Matris Eccleſia.*